

Sic nos exequimur homo, ut Ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei I. Cor. 4.



TRACTATUS (a)

DE OBLIGATIONIBUS SPECIALIBUS

Centorum statuum & Officiorum. (1)

CAPUT PRIMUM.

De Obligationibus Clericorum.

Nota.

Clerici sunt, qui aliquo ordine, vel saltem tonsura, sunt insigniti. Præter mandata omnibus Christianis communia, sunt quedam ipsis specialiter prohibita, & quedam præcepta. (2)

Quæst. I. Quenam sunt specialiter prohibita Clericis, præsertim sacro ordine initiatis, vel beneficiatis?

(a) Specialibus quorundam statuum obligationibus præmittere in hac annotatione visum est ea officia, quæ Homini, qua Christiano, competunt. Acquisitum enim est, ut sciamus nos qui præ ceteris hominibus, a Christo Domino, nomen sortiti sumus Christianique vocamur: Redemptori nostro & Domino per baptismum addictos esse, & consecratos. In quo observandum est, quod tam benigna, & pro penia fuit Christi Domini in nos voluntas, ut, tametsi nos in potestate sua, & dominatu veluti seruos sanguine suo redemptos habeat, ea tamen nos charitate complectitur, ut non seruos vocet, sed amicos, sed fratres. Sic itaque filii Dei adoptivi per Christum effecti, oportet, ut fratris nostri amantissimi spiritum sequamur, ut ait Paulus, Gal. 3. v. 26. Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Induere autem Christum, est spiritum mortificationis induere, expoliante nos veterem hominem cum artibus suis, repimentes nos concupiscentiam: & motus eius; & spiritum sanctitatis assequi, induentes novum, ut ait Paulus ad Coloss. c. 3. v. 9. & scilicet virtutes, quas Jesus Christus tum verbo, tum exemplo nos edocuit, excolentes.

Resp. Ex communi sententia, sequentia, 1. Amorem gestatio, nisi necessitas urgeat ad defensionem vite, cap. 2. de vita & honestate: Clerici arma portantes, & usurarii, excommunicantur. 2. Venatio, que sit clamore & armis, præsertim cane, vel accipitres vel falcones: Ita ut mortaliter peccent, si frequenter sic venentur, c. 1. de clerico venante. Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, canes aut accipitres, aut huiusmodi ad vendendum habere non licet. Quod si quitalium personarum in hac voluptate sepius detentus fuerit; si Episcopus est, tribus mensibus a communione; si Presbyter, duobus, si Diaconus, ab omni officio suspendatur. Et. c. 2. Omnibus servis Dei, venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus, & accipi-

pitres aut falcones interdicitur. Et ex Concilio Later. IV. c. 15. Venationem & accipitationem, universis Clericis interdicitur, unde nec canes, nec aves habere presumant. His adde plura

Concupiscentiam ab Apostolo Joanne, ep. 1. c. 2. v. 16. trifariam dividitur, nimirum in concupiscentiam carnis, in concupiscentiam oculorum, & in

Concilia provincialia, qua quolibet venationem armis faciendam vetant. Ratio est, quia venatio a gravioribus occupationibus, a studio, oratione, & spiritualibus exercitiis, vel caritatis operibus avocet, men-

superbiam vite. Contra has itaque pugnandum pro virili parte est, atque animi facultates, & affectus summo studio moderandi, cum enim nemo sine vitis nascatur, quibus non tantum retardatur ab operibus bonis, sed etiam in mala propellitur, ad ea si non prolixis evellenda, saltem coercenda & subdignenda perquam diligentius debet incumbere.

Illud profecto maxime curandum est, ut corpus necessarium, non superfluis alimentis alatur, ne vel in labore deficiat, vel in redorem suum, nempe animum, insolentius efferatur. Vino præsertim parcendum; nam cum splenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande: sed in novissimo mordebit ut coctus, & sicut regulus venena diffundet. Prov. 23. v. 32. Itaque non quid gula suggerat, sed quid natura requirit, attendendum. Quod si soli necessitati subire studerimus, modum nunquam excedemus, sed intra prelimitos fami, & siti a natura fines permonebimus.

Nec mollior curandum corpus, nec otio frangendum; sed labore, & exercitatione ipsius vires fovendæ, & corroborandæ sunt. Nulla enim sedior petis mollicie, atque desidia, que non tantum corpus inficit, atque corrumpit; sed ipsam quoque mentem veluti contagio polluit, & in omne vitiorum genus precipitat. Equidem tuto pronuciare licet, hominem nihil agendo id addicere, ut male agat, & desidiosum & inertem in vetita quæque, maxime vero in obsequium libidinem, quadam veluti necessitate prolabi, quia quidem sic emollitur, & enervatur, ut animum virilem postea resumere vix possit. Hinc & rebus gerendis, & disciplinis ediscendis, & bello, aut negotiationis impetu redactus vitam infamem cum impurissimorum hominum coluvie sub tecto transigere cogitur, donec tam cum obsequia, aut ignominiosa morte tandem commutetur.

Sensibus quoque omnibus quædam, ut cum Scriptura loquamur, veluti custodia ponenda; nam quæ per aures, & oculos species subeunt, ea alia sepius in imaginationis sede vestigia relinquunt, quibus animi affectus mirum in modum excitantur, quo postea pro libito complectere nature viribus non est concessum. Unde affectus animi non male militum turmis in obsequium civitatem, qua patet aditus, irruentibus equiparantur: nam ea, nisi in vallo, & aggeri succurratur, ac repellantur, vix deinceps ab arce, si eam occupaverint, expelli poterunt. Quam ob rem juvenibus præcipue hæc incumbit cura, ut se ab omnibus pravis congressibus servent immunes; cum enim in ipsis vigeant affectus, ac sanguis fortis ebulliat, repente ex visis & auditis sanguis infiammatur, & ad medullas usque morbus penetret.

Quoniam autem his munimentis recte adhibitis sagittas inimicum nostrum, oportet etiam ut his armis nos instruamus, quibus triumphemus. Ut cetera omittamus, Oratio est illud præstantissimum, ut ita dicam, instrumentum, quo carnem assigimus, & debellamus. Istudandum in oratione esse passim in Scripturis admonemur; per eam quippe necessariam

a Deo auxilium obtinetur ad fugandas libidines non solum, sed etiam per assiduitatem errandam.

Quoad spiritum sanctitatis, ad quem specialiter tenetur homo, qui Christiane militie se vocit, ita loquitur Apostolus Paulus, Ep. ad Eph. cap. 5. v. 25. & seq. Christus dilectis Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vite, ut eam sibi exhiberet gloriosam non habentem maculam, aut rugam, &c. Quæ plures autem sanctitatis christianæ sunt, præteritas, at una saltem maxima omnium, constantia est. Sanctitas quippe Christiani hominis non per diem, non per mensem, non per annum &c. extenditur, sed per totam vitam, donec perveniat ad beatam æternitatem. Hæc proprietas ab ipso Apostolo desumitur ex baptismo; ait enim in epistola ad Romanos c. 6. baptismum figuram esse mortis, & resurrectionis Jesu Christi; sicut enim ipse semel mortuus est, & postea resurrexit non amplius moriturus; ita homo Christianus dum semel peccato mortuus fit per baptismum, & per eum resurrexit ad gratiam, debet in gratia ipsa constantem esse, adeo ut non amplius moriatur. Nemo mittens manum suam ad aratrum; & respiciens retro, aptus est regno Dei. Luc. cap. 9. v. ult. Arque hæc breviter dicta sint de officiis quæ competunt homini, qua Christiano.

(1) Quenammodum Ethicæ Jurisque Naturalis Interpretes, quotquot genuina utuntur methodo, solent primo de Humanis actionibus agere, quatenus universo hominum cætu concipiuntur communes, subinde vero de officiis accurate pertractant, hoc est de his actionibus, quæ peculiariter sunt cultibus homini certo quodam statu considerata (quæ quidem in se ingentem promerentur laudem plures eruditissimi Scriptores veterum Philosophorum defectum suspicant, qui sola de virtutibus, ac virtutis prædicatione Ethicam Facultatem sine totam abstrahunt) Ita plane exactiores Theologi Morales, ubi generatim Humanis actibus, etiamque diversis Principia excoferunt, hæc ipsa officia edisserunt; quo scilicet Practicæ Disciplinæ, peculiaribus hominum statibus, nunquam accommodata, nomen suum vere tueri valeat. At quævis utriusque ordinis Professores una conspiciunt in eodem argumento volentibus, longe dispari tamen ratione illud proponere confuturæ. Siquidem (N. 10. 11.) Morales Philosophi sola naturali ratione ducunt, quænam virtutibusque hominis partes sint, ostendunt; Theologi vero cum rationi, cum revelatæ doctrinæ inherentes hominis simul, & Christiani officia cumulate declarant. Ex quo satis intelligitur, quanta sint præsentis ipsius Tractatus utilitas, atque necessitas. Sed animadvertere oportet, non unica prolixus methodo Theologos omnes minus istud explorare. Nam multi specialia ejusmodi officia disjunctim, & seorsim in variis Tractatibus indigent subnata occasione, ut ex. gr. D. Thomas, qui diversis in locis attingit, specialia ad Principes, Judices, Advocatos, Clericos, Religiosos &c. Quibus vero, ut

mentem a Deo decimum distrahit, populo scandalum parit, nec potest statum clericalem. Præterea variis periculis obnoxia est. Quare Religiosus adhuc magis venatio delectet, eique speciatim prohibetur. *Clement. 1. de Jatu Monach.* in Conc. Gen. Viennensi. Item ne venaticos canes intra suas domos retineant. Tamen juxta S. Raymundum & alios licita est interdum Clericis venatio quæta, quæ fit laqueo, & veribus causa necessitatis vel recreationis moderate. (1.)

3. Militia, c. 4. *Quicumque Clericus, & leg. allis, can. 3. qu. 28.* Item ex Apostolo 2. ad Tim. 2. Rationem asserunt solidan S. Thom. 2. 2. qu. 40. art. 2. Ita scribitur: *Bellica exercitia maxime repugnant illis officiis, quibus Episcopi & Clerici deputantur propter duos. 1. Quidem, generali ra-*

Cl. Auctor, intra peculiararem Tractatum universa concludunt, ac nexu concatenato singula explanant, Nec desunt, qui integram illorum seriem eum in brevi tabella delineant ob oculos ponant, ubi vel de variis peccandi modis, vel de interrogationibus a Confessorio faciendis loquuntur. Ita ex gr. B. Angelus a Clavafo in *Stemma* (voce interrogatio nes) Doctor Navarrus in *Manuali Confessar.* (cap. 25.) P. Martinus *VVigandis in Tribunali Confess.* Tract. 6. Exam. 4.) & alii, quos legere præfavit. Hanc ipsam ad in vita serie veluti moralis principii loco habeant illorum sententiam, qui in tanta Ecclesiasticorum Statutorum copia arbitrarium nullum per se obligare sub mortali peccato. Hujusmodi quippe doctrinam, esto insignibus etiam Theologis olim infederis, nunc probabilitate omniam excidisse, monuitur. Sed neque, qui severiores sunt indolis & inhiant, sibi unquam persuadent, omnes promiscue Ecclesiasticos Canones hæcenus editos primævum suum robur obtinere presentis ætate. Persuasione enim ipsam elidant vel sola regula ex ipso Pontificio Jure (N. 11.) allata, & que titulum de mutatione circa eisdem Canones facta, mot de Consuetudine differrentes (Nota 1. ad qu. 1.) Nota penult. ad qu. 6. c. 9. Tract. de Legib.) abiter observavimus. Verum hæc de re prodibit, ut spero, intra triennium peculiare opus multigene eruditionis, & maxime utilitatis, cui elaboranda naviter nunc insudat Romanus Clericus Regularis Schol. Piar. Ubaldui Geraldæ a S. Cajetano: Vir sane doctissimus, & ob præclaras lucubrationes Literato Orbis jamme acceptas asis celebris. *Quæ pro Clericali virtus sanctimoniam spectant, partium legendibus auream Epistolam S. Hieronymi ad Nepotianum & grave opus S. Joann. Chrysostomi de Sacrodotio, librorum elegantis S. Ambrosii de Officiis, nec non plures seu Litteras, seu Tractatus, seu Constitutiones, & ob præclaros præfatum D. Caroli Borromæi, Secularis Cleri vere restauratoris, ad hanc usque diem edidit Viri ac præfules sanctissimis, religionis, scientia meritis ornatissimi.*

tionem, quia bellica exercitia maxime inquietudines habent. Unde multum impediunt animam a contemplatione divinarum, & laude Dei, & oratione pro populo, quæ ad officium pertinent Clericorum. 2. Propter specialem rationem: nam omnes Clericorum ordines ordinantur ad altariis Passio Christi... Et ideo non competit eis occidere, vel effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad propriam sanguinis effusionem pro Christo, ut imitentur opere quod gerunt ministerio. Et propter hoc, est institutum, ut effunderent sanguinem, etiam si ne peccate, sint irregulares. (2.)

4. Negotiatum (3.), quæ est emptio rei cum intentione eam integram & non mutatam vendendi, vel permutandi cum lucro.

f. DIS-

(1.) *Bened. XIV. de legibus Episcopalis differens* (lib. 11. de Syn. c. 10. n. 6.) *advertit, nullam fortasse Episcoporum sanctionem fuisse unquam majori conatu impetratam, & tanquam nimium ferream per omnium ora tradidit, quam cam, quæ Ecclesiasticis prohibet venationis exercitium, quod necdum honestum, sed ad animum relaxandum interdum necessarium sperique celsitiam. Subditque: Et tamen, si vera fieri oportet, non facile aliam invenimus Constitutionem, quæ fit Juri communi conformior, & qua verus Ecclesiæ spiritus magis eluceat. Tum commemorata (n. 8.) duplicis generis venatione, clamorosa nimirum, & quæta, ceter, quod licet opinio, solum clamorosa Clericis vitætam asfirmant, communiter fit magisque inter Doctores recepta, opposita tamen videatur certe Juri conformior: quia nempe Canonem, quos (n. 6.) recensuit, a venatione Clericis arent, quos non armis, sed follis avibus venatoriis, puta falcone aut accipitrem, ac propterea sine ullo tumultu & strepitu exerceatur, ut illos legenti est manifestum. Unde & S. Carolus Borromæus (in referri n. 9.) in suo Concilio I. Provinciali de Clericis loquens absolute ait: a venatione abstinere. Nihilominus Consultissimus Pontifex non in prædicta opinione varietate controversiam remanere idelicet. Ut ut sit, illud hand temere affirmari possit videtur, Clericis qui nimio affectu, nimisque frequentia vel soli venationi quæta sese dedant, peccare eo tandem decernere, ut a præfatis sua vocacionis loco procul aberrasse detegatur: unde & ipsi merito si imere debeant, quod olim aiebat Petrus Blesensis, a se eisdem Pontifice (n. 7.) Ne in ultimo ultrovis ite die inter hædos, non inter Christi vultu numerandi. Et hujus quidem excretionis lustulosa argumentum suppeditant manifestæ plurium præfatum aegritum Clericorum exempla. Porro sanctissimi Concilii Viennensis, quam Auctor indicat, jubent Monachos a venationibus, & aucupationibus seu per albinetiner, jungatur alter canon. Multa sunt (lib. 3. Decret. cir. 50. Ne Cler. vel Monach.) quæ interdicitur universum Ministris Altaris Domini, nec non & Monachis, canes, & aves sequi ad venandum.*

(2.) *Vid. Inq. Eccl. 101. Bened. XIV.*

(3.) *In presentis materia de Negotiatione Clericis vetitæ consulenda, quæ apud Bened. XIV. occurrunt: nimirum & Constitutio, Apostolica servituti*

§ DISSERTATIO

De negotiatione.

§. 1. Quandoquidem (1.) juxta communem definitionem hic ab Auctore productam *Negotio proprie dicta præhætur, quotiescumque animo lucrandi venditur profus immutata eadem res, quæ prius eum in suam fuerat emptam; hinc dubium ingens exoritur, num quælibet negotiatio a Sacris Canonibus graviter reprobata infimulandi sint si seu Clerici Sæculares, seu Monachi, qui frequenter res alternas emunt, v. g. uvas, olivas, lanas &c. ut inde per operarios suos collectum vinum, oleum, pannum dividant, non absolute quidem necessitatis, sed potius lucri causa.*

§. 2. *Resp. Inter recentiores Theologos non desunt, qui spectata ab ipsa mercium mutatione, quod ita geritur, merum artificiam virtus Ecclesiasticis minime indignum censent, appellentque. Ex adverso contendunt alii, esse reipia putidam mercationem Clericis omnino interdiciam. Item hanc sibi meum non est; præles tamen nullus mihi succedebit, si quod animo sentio, non dedissem gratia veniat, si soli hæcenus pro viribus litare aditus sum. Posteriori sententiam & theoreticæ & præctice a canonicis tenendam existimo, quos Dominus in sortem suam vocavit, atque idcirco Ecclesiæ vult esse alieno a terrena negotiatione. Momenta, quibus permoveo quam maxime, patent ex sequenti doctrinam serie, quæ ad alia quoque in presentis materia positum cognoscenda lumen, ut spero, affundet. Sic igitur a primis principis filam demonstrationis duco.*

§. 3. *Cum negotiatio nomen sit valde commune & æquivocum, oportet juxta Dialecticorum regulam illud prius dividere, hoc est, indicare sensus varios, quibus solet usurari. Omnis nonnullis divisionibus minus necessaris, quas legere quilibet poterit apud veteres Dialecticas & Summitas, negotiatio præfata sumpta, prout scilicet in terrenis hominum mercemibus actus illos designant, quibus facta conventionem utrinque aliquid datur, & accipitur quæcumque permutacionis specie, primario dispicitur ex Courado Summenhart (de Contract. tract. 3. qu. 51.) in non lucrativam, & lucrativam; quippe temporalia emuntur, vel ut servantur ad accellarios vite usus, vel ut distrahantur, & aliis vendantur cum quaestu seu justo, seu injusto. Utraque poro negotiatio duplex est. Non lucrativa aut economica, aut politica dicitur; quatenus nempe exercetur*

ob necessitatem & commodum vel Familie, vel Civitatis. Similiter lucrativa aut late & improprie, aut *fructus proprie negotio vocatur: sine, ut multi loqui amant, aut artificium est, aut mercatio. Adnotante Prof. Fagnano (Num. 22. Com. in c. 1. Multa: tir. 50. Ne Cler. vel Monach. l. 3. Decr.) potestimas hæc duæ species non obscure distinguerunt inter Gratianus (par. 1. Decr. dist. 88. & 91.) cum Angelicus 2. 2. q. 187. ar. 2. & 3.) easque potissimum oportet attendere in resoluenda præposita difficultate. Sic autem illas olim descripsit apud eum. Gratian. (Dist. 88. c. 11. Efficent) incertus Auctor Oper. imperf. in Math. (inter opera D. Chrylostomi) quæ postea facti sunt quotquot de presentis argumento scribere. *Ostendunt, quis non est negotiator, ut qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem comparat, non ut ipsam rem integram & immutatam vendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram & immutatam laudo lucratur, esse mercator, qui de templo Dei egreditur.**

§. 4. *Id hæc sunt præcipue negotiacionis divisiones, quas recentes DD. etiam non eadem profus methodo proponant, reapte tamen probant universi. Ut vero oculis etiam cernantur, quam appime licentiam sensibus coherent, quæ nunc a nobis licentiam præcedat, placet referre textum unius Cl. Ludov. Molinæ, tum quia in peculiari ista materia de *Militia & Jure* vere scripsit est, qui nec majorem, nec parrem veritatem habere: tum quia ejusdem autoritate & doctriinis sæpius nos subinde memur. In negotiacionem aptans primario, maximeque usitato commutationem generi, quod scilicet emptioibus & venditionibus fieri solet, ita scribit in Opere cit. (Tract. 2. disp. 339. n. 2.) *Triplex emptiois & venditionis genus distingui consuevit: idem intellige de commutatione late sumpta. Quædam emptio & venditio est, quæ ab unoquoque emuntur, quæ ad suam familieque sustentationem necessaria sunt, superflua vero venduntur. Atque hæc quæ naturalis est, de se bona ac licita, ut D. Thomas 2. 2. qu. 77. ar. 4. & DD. communiter cum Aristotele 1. Polit. affirmant. Ordinatur quippe non ad lucrum, sed ad congruam sustentationem, atque ad eorummodi & Politici, non vero ad Negotiatores præfata sumpta, facta. Alia est quæ emitur aliquali, ut per industriam commutatum vendatur. Hæc autem, ut Chrystostomus C. Efficent ait, non est mera negotiatio: eo quod res se empta per industriam ac artem melior reddatur. Quare cum artificiorum venditione, quæ a propriis ipsorum artificibus**

officium, sub die 25. Febr. ann. 1741. quam summatim describam legere est in fine ipsius 4. partis & que in Opere de Syn. Dioces. (lib. 10. c. 6.) habentur, ubi ostendit, per synodalem sanctionem cobidens Clericos a cambiis localibus activis, omnique alia quælibet negotiatione, quantumvis in se licita, & laicis permitti. Ut autem omnium oculis subsistantur, ac menti hæreant, que novissime edicti decreverit SS. D. N. Clemens XIII. in Encyclica Epistola, Cum primum incomprehensibili, sub Antone Theol. Mor. T. II. P. II.

die 17. Septembris ann. 1759. eam mox integram dabimus absolutis Notis ad presentem paragraphum pertinentibus.

(1.) *Occasio hic enascitur prolixæ & accuratæ differendi de præposita materia gravissima. Claritatis causa dissertationem paragraphi distinguit, in eaque tum ad præcedentia proprii sensus deceptions, tum ad individuum omnem declinandam, non tam mei, quam auctorum verbis, loquar.*

ibus primo venditionis genere distrahuntur, comparari potest; sicut D. Tb. sub primo emptiois ac venditionis genere comprehensisse videtur. Aliqua denique emptio & venditio est, qua emitur aliquid, ut immutatum carius vendatur ad lucrum comparandum. Atque hac dicitur propriissime negotiatio.

§. 5. Circa negotiationem, ita stricte acceptam, Doctores duce Angelico (2. 2. q. 77. ar. 4.) singula hec statuunt & demonstrant, que nunc loco fundamenti nobis erunt. Videlicet 1. illam preferre quamdam turpitudinis specie: quatenus ex se non importat finem honestum, aut profectus necessarium, deservique cupiditati lucrí, quæ terminum nescit. 2. Non esse tamen intrinsece malam, sed posse licitam & moraliter bonam evadere, quoties lucrum ad honestos ac laudabiles fines dirigitur, puta ad propriam aut familie sustentationem, ad levamen indigentium, ad publicam utilitatem; atque aliunde reliquæ omnes circumstantiæ consonant ad ipsam rite obeundam necessariæ. 3. Viceversa vitiosam & illicitam reddi duplici generatim ex causis; nempe tum ob varia extranea peccata, que negotiationi ad tersenam lucra ordinata facile immiscetur, spectata hominum fragilitate, pravaque inclinatione; qualia sunt fraudes, doli, mendacia, perjuria, blasphemia &c. tum ob defectum ejusvis ex septem vulgaribus enumeratis circumstantiis homanorum actum (N. 286.) uti supra laudatus Summehart accurate (Quest. 51. concl. 2.) declarat.

§. 6. Est porro apud DD. in confesso, spectata ea circumstantia, que dicitur persona, negotiatio nempe maxime vitari in Clericis, & Religiosis, ut potè quia est ipsi graviter interdicitur Sacris Ecclesiæ Functionibus ut patet cum ex integra Dist. 88. apud Gratian. (part. 1. Decr.) Episcopi & Ecclesiastici Secularibus negotia non curent; tum ex peculiari Tit. 50. (1. 3. Decr.) Ne Clerici vel Monachi Secularibus negotia immisceantur. Rationes autem quibus permota fuit Ecclesia ad vetanda Clericis Secularia negotia; præsertimque lucrativam mercationem, ipsimet Canones indicant, atque eorum interpretes præcipue Eman. Gonzalez (N. 3. Com. ad c. 6. Secundum statuta, cit. Tit. 50.) pluribus exponunt. Ab Angelico brevibus hæc quatuor assignantur (1. 7. q. 77. ar. 4. ad 3.) Clerici non solum debent abstinere ab his, que sunt secundum se mala; sed etiam ab his, que habent speciem mali. Quod quidem in negotiatione contingit, tum propter hoc quod est ordinata ad lucrum terrenum, cuius Clerici debent esse contemptores: tum etiam propter frequentiam negotiatorum vitia, quia dicitur excurrat negotiorum a peccatis laborum, ut dicitur Eccl. c. 26. Ep. & alia causa, quia negotiatio nimis implicat animam secularibus curis, & per consequens a spiritualibus retrahit. Unde Apollolus dicit 1. ad Tim. 2. nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus. Nullum vero dubium, que S. Doct. eadem etiam pro Religiosis quæ valere crediderit, quandoquidem alibi (1. 2. q. 187. ar. 2. in Corp.) inquit: Eadem ratio est de Religiosis, & Clericis, quia utrisque similiter negotia secularia interdiciuntur. Nec mirum; nam ut ibidem advertit: Status Religiosus est ordinatus ad perfectionem caritatis consequendam. Ad quam quidem principaliter pertinet Dei dilectio; secundum

quo autem dilectio Proximi. Et ideo Religiosi præcipue, & propter se debent intendere ad hoc, quod Deo vacent.

§. 7. Sed nunquidnam memoratis Canonibus omnes profus Monachi, & Clerici negotiationem exercentes perstringuntur? De Monachis vix illa controversia. De Religiosis censent Angelus, Conradus, Sylvester, lethalius peccare, etiam in Sacris non sint constituti; nec displicet eorum sententia, ut jam laudatus Molina (disp. 342. n. 1.) Inhibito negotiandi facta per Summos Pontifices extenditur ad Monachos, etiam non sint sacris initiati, inquit Franciscus Sylvius (Concl. 4. com. in 2. 2. q. 77. ar. 4.) Atque ex recentioribus Constantinus Ronaglia (Tract. de Contract. q. 1. c. 2. q. 5.) Certum est omnibus Religiosis vetitam esse negotiationem. De Clericis Secularibus grave aliquid dèprehenditur inter DD. diffidum. Cum enim ad unum omnes certo afferant de Clericis Sacro ordine habitantibus, ac plerique similiter afferant de alio Sacro Ordine qui cum habet initiatus, sed tamen Ecclesiastico beneficio præditis: postmodum vix differant circa reliquos in minoribus dumtaxat ordinibus constitutos, minimeque beneficiatos. Opinio nunc forte communior fuitur iuxta mentem Hostiensis, Panormitani, & Navari posteriores illis Clericos nequaquam comprehendit Canonice legitus veterantibus Clero negotiationem alias licitam. Verum, reponit ex adverso cum multis aliis Emericus Pirrhingius (2. 2. n. 8. Com. ad tit. 10. l. 3. Decr.) oppositum probabilem esse quod docet Antonius de Buprio apud Fagnan. tum quia Canonis generaliter & indistincte prohibens negotiationem Clericis omnibus, sive sint Beneficiati, sive non: nam ratio prohibitionis etiam procedit in Clericis minorum Ordinum, non Beneficiatis: quia scilicet nono militantes Deo implicat se negotiis secularibus &c. Et hanc quidem sententiam Fagnanus (N. 87. & seq. Com. superius a nobis cit.) pluribus conatur ostendere eam esse in terminis Juris communis; reddi ferme indubitabilem in nonnullis Constitutionibus Summorum Pontificum, & servari de consuetudine. Fulgentius Canilius, veluti sequetur liter discors Auditor, remita temperat (Tr. 10. in VII. Detal. Præcept. 6. 3. n. 4.) Si Clericus in Sacris non constitutus mercationes exerceat, videtur non peccare reprobiter, tum Canonice loqui credendum de Clericis tantum Clericis immobilitate additis. Nihilominus cum dedecet sit, quomodo Clericorum mercatorem agere, etiam non constitutum in Sacris, debet Episcopus monere, ut desistat, & si nolit, a Clericis deponere.

§. 8. Doctrinæ tribus super, §. allata solam spectant negotiationem, quem hoc Molina diximus (§. 4.) tertii generis, seu propriissime. Nunc reliqua producere oportet, que ad negotiationem utriusque alterius generis referuntur, hoc est, tum ad naturalem, tum ad intermediam, quam licet artificialem sive industrialem vocare, quo facilius feceratur a duobus aliis. In primis de naturali & latissime sumpta hæc animadvertenda, que ab eodem Molina (disp. 342. n. 14.) sic proponuntur: Fiat est Clericis emere necessaria ad proprium, suorumque usum, & vendere superflua, vel in fructibus suorum agrorum, vel ex redditibus proprii beneficii, aut undecumque illa habuerint. Immo est aliquid vitiosum

vitiosum emerint, non animo revocandi carius, facti illis est, accessione postea pretio, vendere illud carius, & lucrari, neque inde tributum ullum debent. Ita communit omnium sententia, neque in eo ulla est difficultas; est pretii magnitudine attrahatur Ecclesiasticus ad vendendum, intelligens se postea vitiosus posse evadere sine finitæ. Quia hæc ad æconomicam gubernationem spectant; que in Clericis atque Episcopis vitare debet, iuxta Paulum 1. ad Timoth. 3. & 5. Concordat Gonzalez num. 6. Commentarii jam citati (§. 6.) ubi præter ipsum Molinam recenset & alios Auctores. Interim tamen caveant Clerici, ne ob ejusmodi bonorum administrationem, aut distraktionem, laicali specie nundinas frequentent, vel aliud quidpiam Sacra Dignitate indignum peragant. Quæ de re Sum. Pont. Clemens XIII. in novissima sua Epistola interius exhibenda, §. Verum non nisi tantum negotiationi &c.

§. 9. In vindicanda Clericis facultate libera emere de necessaria, ac superflua vendendis, consulto addidit Molina ad proprium suorumque usum, hæc enim limitatione tacite firmat, quod nunc apertius edicere videtur esse præsum. Nec ipsa naturalis negotiatio, ordinariè loquendo, est Clericis consona ac licita, quotiescumque ab ipsis exerceatur gratia æconomicam, sive æconomica sive politica (§. 3.) fitis hoc est, sive privatim aliorum Familiis, sive in regre Communitati idem inferantur. Non, inquam, licita æconomica: ut patet legenti eandem Pontificiam Epistolam, paragr. Et parvi quidem, vel etiam majorem Passivatis xeli &c. In quo SS. Pater Clericos illos redarguit, quo appellare solemus vernacula lingua Economos, ovvero Maestri di casa. Neque politica, quemadmodum contra alios Clericos, quos dicitur Provveditori, evincit prælaudatus Molina n. 15. scribens: Politica negotiatio emendo necessaria exercitui, & civibus, non decet Clericos; quia a gubernatione, & negotiis secularibus esse debent alieni, iuxta illud 2. ad Tim. 2. nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus Concinne præterea 1. 2. & sequentia 21. q. 1.

§. 10. Ideo vero que mox explicata sunt, distimulordinariè loquendo dedecet Clericos, quia nempe ingruens necessitas potest excusabilia redire, que ceteroqui forent illicita. Quod quidem Anglicus examinans, utrum Religiosis licet secularia negotia tradere, sic confirmat (2. 2. q. 187. ar. 3.) Religiosus præcipue propter se debent intendere ad hoc, quod Deo vacent. Si autem necessitas proximi imminet; eorum negitia ex caritate agere debent, secundum illud ad Gal. 2. alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi; quia & in hoc ipso, quod proximi servimus propter Deum, dilectioni divine obsequantur. Unde dicitur Jac. 1. Religio munda est immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum: Glossa 1. cap. succurrere eis, qui carent subsidio, in tempore necessitatis. Est ergo dicendum, quod causa cupiditatis secularia negotia gerere, nec Monachis, nec Clericis licet. Causa vero caritatis negotiis secularibus cum debita moderatione se ingerere possunt secundum Superioris licentiam in

ministrando & dirigendo. Hinc cit. Molina post superiora illa verba statim subdit: Aliquando tamen interesse tantum potest republice ac communi bono Ecclesiasticum aliquem similibus rebus vacare, ut caritas exigat, ea in re cum illo esse dispensandum. Nota, utramque Scriptorem licentiam, & dispensationis meminit: que de speciatim dicitur SS. Clemens XIII. in nominata Epistola, §. Si autem Ecclesiasticum quispiam ad se excusandum &c. pergit Molina: Curare vero, ut famis tempore miserabilibus subveniantur personis, etque in re Clericum, aut Religiosum navare operam curando, ut aliunde res emanent, oporteturque necessaria, & jura permittunt, & caritas populus: præsertim, quando hec per solos laicos sufficienter nonferent. Quam opportune, ac laudabiliter hoc ipso tempore, quo talia scribo, Viri Ecclesiastici, si revera possent, ejusmodi beneficentis eximie officium impenderent civi Romane Urbis, que propter anomie caritatem tene ad extremam, incit as famem sine sensu jam redacta, utique quoniam (Plal. 105.) iratus est furor Domini in populum suum: quavis, quia aliunde pius est misererebunt nostri, indignationem suam absciderit dabit gloriam nomini suo (Judith. c. 7.) ut firmiter speramus omnes. Et quidem (in hic unum quod attingam, quod silentio minime prætereundum existimo) ad conciliandum nobis presentissimum illud Divinum Misericordiam auxilium quam bene facit vere sapiens, pius, Sammoque Principe Ecclesiastico dignum consilium SS. D. N. Clementis XIII. qui vel in tantis angustis nihil minus, quam peregrinos rusticales egenos, quoniam videratque turmatim hæc adventantes, noluit Urbe arceados, aut communibus civium subsidiis privandos. Quod sane quant pendendum sit, intelligit penitus quicquid D. Ambrosius (Lib. 2. de Offic. c. 7. per tot.) legere ac legere soluerit.

§. 11. Reliquam jam est, ut in viam redeunte de industrialibus & late factam (§. 8.) negotiatio, que alias artificium (§. 1.) dicitur, vere faciamus. Hanc Clericis, Monachisque jure omni permiffam fateatur DD. universi, dummodo serventur conditiones duæ mox explicandæ. Foram id pluribus Canonibus (præsertim Dist. 91. par. 1. Decr. & Tit. 50. Ne Clerici vel Monachi lib. 3. Decr.) nec non rationibus reperitur demonstratum apud Fagnan. (Num. 25. & seq. Com. ad c. 1. Multa, cit. Tit. 50.) Molinam (Disp. 342. n. 12.) Gonzalez (in Not. ad c. 1. n. 9. in Com. ad c. 6. p. 7. ejusd. Tit.) & alios passim Scriptores, ut plane supervacuum videatur quidpiam hæc addere: maxime cum explorata sint cunctis exempla & Apostoli Pauli, & veterum Monachorum potissime Ephyptiorum, qui artificiorum operum labore se exercebant. De quibus legendus S. Hieronymus ad Rusticum Monachum scribens de vivendi forma.

§. 12. Condiciones geminæ ad licitum & laudabilem Clericorum, & Monachorum artificium requiritur, atque in Canonibus indicatis expresse, sunt illæ: Prima, ne ea de causa predicare omittant illa, ad que seu ex officio Clericali, seu ex lege Monachica tenentur. Secunda, ne artificium turpe sit ac fordium, iporumque dignitati ac statui indecens. Apposite Gonzalez supra laudatus, Remittenda est pietatis, & prudentiæ iustissima distinctio, quam S. Basilus c. 6. Constit. Monachi. his verbis adhibet:

Ceterum in his se operibus exercere Monachus debet, que Oratini ipsius decore conveniant: cuiusmodi videlicet ea sunt omnia: a quibus campanarie aris, & impugnae omni abis suspicio: & que nulla longiores animi distractione, aut improbi questus sequantur, finique eiusmodi, ut mumentibus intra vestium magna ex parte a nobis confici possint, ne operam laboribus contentus quam par sit confelandi, animi in virtutis commemoratione nervos, industriamque elidamus: in quo illud spectandum est, ut opus absolatur, & a quiete tantum non deflectatur... Dispositus ad reg. 38. saporem id exponit.

§. 13. Igitur Clerici, & Monachi minime poterunt obire officia tabernarii, lanii, coriarii pelles in corium aptantis &c. neque conficere chartas luforias, axillos, arma bellica &c. Quandoquidem hæc, & similia partim fordida ac villa, partim indecentia omnino sunt. Bene vero vacare poterunt aribus texendis, pingendi, sciendi, faciendi, rei librariae, agrarie &c. modo tamen, ac decore proprii status curæ semper servato. Neque enim obiter, quod de agrorum cultu monet Rogerus (de Contract. q. 2. cap. 4. reg. 3.) Quamvis permittant SS. Canones Ecclesiasticis propria bona colere, nihilominus suaderem Confessorio, ne permittat Ecclesiasticis ita exercere agriculturam, seu per se etiam villiora facere, ut populo despicibiles reddantur, ac desiderio descendendi instigamini videantur. Cui, queso, nostris temporibus non vili appareret Rector ille, animum qui vel per totam diem, vel majorem ipsius partem hinc terram foderet, isamque serocaret: ac dein teras, serocaret folidatibus Sacra facere Mysteria? Ego utique illi concederem per se ipsum hortum colere, vites, aliasque arbores ampunare: ac obstruere, ne alia villiora populo videnter profectus: ne ipsorum exponatur iustitiam, ne passim distitent, velle per se ipsum rusticum agere, ne aliquid cogatur solvere Operarii.

§. 14. Adimulverfionis dignum est, Clericale artificium honestum non solo reitringi officio propriam manuum, de quo hæctenus sumus locuti, sed extendi præterea ad varias species industrie laborifve, quem Clerici opera & ministerio etiam aliorum exercent. Quales vero eadem erunt? Ex resolutionibus Sac. Congreg. Conc. Trid. Interpretis illas adprehende. apud citat. Fagnanum (Num. 24. & seq.) consignatas. Nimirum Sac. Congreg. declaravit: Licet Clerici agros beneficiorum, & parochiarum suorum colere absque reatu illicitæ negotiorum. 2. Possit pro eorum cultura, vinâ, horis, & alia animalia necessaria colere, illarumque fructu iusto pretio, atque honesta ratione vendere: 3. Possit pro sua & familia sustentatione eos, qui in propriis terris habent quercus, & canepas, suæ emere, eosque alere & vendere: dummodo tamen in emendis, aliendis, distrahendis subhis nihil fordidum aut indecens Oratini Clericali exercent. 4. Licet Clerico arborum in propriis bonis existentium folia alius laico concedere eo pacto, ut lucrum quod ex homicibus proveniet, inter utrumque dividatur: ac pariter eadem licere earundem arborum foliis utendo per seipsum absque officii sui duntaxat detrimento, ac pro sua & familia sustentatione, arti serice operam dare, dum tamen in articulo huiusmodi personas non suspectas adhibeat.

§. 15. Porro est integra prædictorum serie satis perspicuum est, Clericos & Monachos causa necessitatis subsistentis licite incumbere posse negotiatio illi, que proprie artificum nominari consuevit, modo conditiones gentium serventur (§. 12.) explicatæ. Ceterum sunt, præter necessitates, & alie causæ eadem laborum industriae honestas, Angelicus (2. q. 186. art. 3.) illas sic enumerat: 1. Dicendum, quod labor manualis ad quatuor ordinatur. Primo quidem & principaliter ad vicium querendam. Unde & primo nimium dictum est: in sudore vultus tui referis pane tuo. Secundo ordinatur ad tollendum otium, ex quo multa mala oriuntur. Unde dicitur Eccl. 3. mitte servum tuum in operationem, ne vacet: imulatum enim malitiam docuit otiositas. Tertio ordinatur ad concupiscentie refrenationem, in quantum per hoc maceratur corpus: Unde 2. ad Cor. 6. dicitur, in laboribus, in jejuniis, in vigiliis, in castitate. Quarto ordinatur ad elemosinas faciendas. Unde dicitur ad Ephe. 4. Qui furabatur, jam non furetur, nagiis autem labores operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatibus pariteri. Aditque Sanctus Doctor: sub opere manuali intelligi omnia humana officia: ex quibus homines licite vicium lucrantur, sive manibus, sive pedibus, sive lingua suis. Perpenis quatuor hæc honeste operandi huius, exinde colligi idem Fagnanus (Num. 24.) laborum manuales non esse permittunt Clerici, vel Monachi, si ordinatur ad lucrum tantum, ita ut ultimum finis sit lucrum: & ita intelligendum capit. multa (tit. 50. Ne Cleric. vel Mon.) dum permittit eis iustum negotium, scilicet artificium, propter diversas necessitates: Rationem assignat ex Angelico (2. q. 77. nu. 4.) quia nimirum si negotiatio contentus redditorum in Laicis, quatenus lucrum, quod est negotiatio finis, & de illo ratione quod indifferens inter honestum & vitiosum, ordinatur ad fines honestos, puta ad duntaxat suam sustentationem, ad sustentandam indigentibus, ad publicam utilitatem procurandam (§. 5.) ita quidem ut in tali hypothetico laboris executor non quasi finis, sed quia sustentationis laboris: quomodo rectum, honestumque censeri poterit in Clericis aut Monachis artificium, si eadem vacent ducti sola sine temporarii lucri, quod inter fines honestos & laudabiles minime computatur ab Angelico.

§. 16. Jan vero, ut hinc sensim deveniamus ad solutionem propositi casus (§. 2.) ad aliquid ad eummodi scopum valde conducentia ex Molina (Disp. 342.) probe notari cupio. Primo ait Doct. Auctor (n. 6.) Quamvis, quando aliquid emitur, ut com-

me.

mutatio vendatur, non ad tertium genus emptio- nis & venditionis (quod fuitis verbis iam descriptum §. 4.) pertinet, sed ad secundum, quod Ecclesiasticis regulariter non est prohibitum, neque preste dicitur negotiatio: nihilominus quedam ad secundum illud genus spectantia sunt, que multum ad tertium genus accedunt, queque ea de causa mirime Ecclesiasticis dedecent: ac proinde per episcopalem censura sunt eis, tamquam negotiationes, prohibita. Adit potius (num. 21.) Sicut per episcopalem quandam ex secundo genere emptio- nis & venditionis jam explicito computantur inter negotiationes Ecclesiasticis prohibita, sic etiam quedam, que aliquo ad negotiationes isdem Ecclesiasticis prohibita spectant, a numero earum negotiationum excipiuntur, propter circumstantiam aequam superve- nientem, ex qua isdem Ecclesiasticis licent.

§. 17. Exemplum posterioris licet animadvertionis tale dat. Si sit aliquis Clericus tam pauper, ut aliter commode non possit sustentari, quam condandam alienam agrum, de cuius fructibus, partem vendendo, partem vendendo, sustentetur, eiusmodi contractus non computatur inter negotiationes Ecclesiasticis illicitas (2. n. 5.) quoniam ex circumstantia illa, quod Clericus ille aliter non possit sustentari, id ei non est illicitum. Cap. dilecti, & que Glossa, de Monasterio loquuntur, quod idcirco habere conductus agros alios, quoniam aliquo commode sustentari non poterat. In quo eventu recte ait Las- sate, non deberi tributum ex fructibus venditis: quoniam consilio, quod negotiatio aliqua canonibus sacris prohibita non est Ecclesiastica, ex illa non debet tributum.

§. 18. Exempla animadvertionis licet prioris duo hæc subiungit. Huiusmodi sunt, si Ecclesiasticus utras emat, ut per famulos aut ministros ad id conductus, vinum ex illis conficiat, quod postea vendat. Si item lanam emat, ut per operarios atque artifices conductos, pannos ex illis conficiat, quos vendat... Quod sit, ut ex iis rebus, quando venduntur, gabella debeatur, non secus ac si Laici illas venderent, ut Lassate cum Sylvestro, Navarra, & multis aliis, quos refert, affirmat: tamen si negotiatione hæc simpliciter ad secundum emptio- nis & venditionis genus explicatum (§. 4.) pertinet, & solum per episcopalem censuram sunt Ecclesiasticis prohibita: quod ipse non satis attendit.

§. 19. Ecce iam habes hic, quod difficultati initio exposte præfate respondendum arbitror: scilicet mercationem tum Clericis, tum Monachis graviter ab Ecclesia vitentem, quod quidam ibidem narratum fuit: Ad quod quidem sentiendum non sola me compellit Molina auctoritas, quamquam scriptor ille sit vere gravis, multique nominibus suscipiendus: sed & plurium aliorum tum Canoniarum, tum Theologorum consensus, uti & rationes varæ, quas ex præfatis hucusque communiis principiis ad presentem materiam pertinenter potui colligere. Referam consensum Auctorum huiusmodi, & nomina, & testimonia: cumque ipsos majores me parte probabilis esse, hoc est, in moralibus valde benignos, perperserit Lectores, non erit idcirco qui causari audeat, me ad nimiam severitatem declinasse, & Rigoristarum iudicium rem concessisse.

§. 20. Emericus Pirhingius (ad tit. 50. Ne Cler. vel Mon. §. 1. num. 4.) Negotiatio estiam improprie

dicitur, quando aliquid emitur, ut mutatum postea vendatur, prohibita censeri debet Clericis, & Religiosis tamquam mutus decem torum statui. Vultus si Clericus utras emat, ut vinum ex iis per famulos, ad id conductos, exprimat, & postea vendat: vel si lanam emat, ut per artifices ad id conductos, pannos ex illis conficiat, quos postea vendat. Tales enim negotiationes proximè accedunt ad negotiationes proprie dicitur: seu mercaturas: ideoque per episcopalem quandam censuram sentiri etiam esse prohibita. Anacleus Reinssuetel (ad tit. 2. de vit. & honest. Cler. §. 5. n. 131.) Negotiatio dicitur, quando res empta, non mutata materia, aliter venditur... Ad Belletus in Disquisit. Cleric. p. 2. §. 11. de panis Cler. n. 2. etiam tum intervenire negotiationem Clericis, interdicitur, quando quis eorum rem quamquam e. gr. lanam emit, ut suis expensis per mercenarium, & opificum industriam, laboreque non autem per semetipsum) aliquid efficiat: puta ex lana empta pannum conficiat, postea recendatur, ut inde aliquid lucrari possit. Ioan. Bapt. Carnem Fatuillius Protocot. Apostol. (Tom. 1. de Immunit. Eccles. par. 1. traç. 1. sect. 2. n. 2.) Regulariter loquendo, quoties Clericus rem emat, ut eam immutatam vendat, lucrumque exinde intendit, citra dubium negotiatur, & tributum solvere tenetur: ut gr. si emat utras, vel lanam, aut ferri veriam, & per ministros conductos vinum ex viti, pannos ex lana, feram ex vena ferri conficiat, & postea vendat. Nam in huiusmodi casibus nihil aliud vendit, nisi quod prius emerat: & fructus dicitur emptio- nis, non naturæ, vel industrie (sæ: quia ego res vendita in aliam formam mutata sit; tamen illa mutatio facta est a ministris conductis, ac propterea fructus dicitur emptio- nis & laboris ministrorum conductorum, & sic etiam emptio- nis: ideoque semper negotiatio est, & consequenter a tributis immunitus non est. Ita DD.

§. 21. Fulgentius Cunitanus (Tract. 10. in VII. Decal. Precept. §. 3. num. 6.) Mercaturam exercere non dicitur Clericus, qui peritus in aliqua arte, non vili, nec dedecente, emit materiam suis opificiis idoneam; autus colores, telas ad pingendum, argenteum, aurum, chalybem ad borologia elaboranda &c. ut artefacta iusto pretio vendat. Similiter si animalia emat passiva suorum quadiorum, saginata vendenda: quia tunc emittit passiva propria, priorumque agrorum fructus. Non tam licitum est agros ad locationem conducere, ut fructus eorumdem vendat: neque utras emere, ut vinum per alios vendendum conficiat &c. Constantinus Roscellia (Tract. de Cour. q. 2. cap. 3. q. 4.) Licet est negotiatio industrialis, si non multum accedat ad negotiationem lucrativam. Pro negotiatio industrialis omnino licita illam intelligo, que res empta propria arte & industria vel manuntur, vel valde melioratur, atque ita venduntur... Hinc licet Clericus faceret ex auro opera artefacta ad vendendum, ex serico opera ac uilla &c. Dixi, si non multum accedat ad lucrativam a SS. Canonibus prohibita. Huiusmodi reputatur negotiatio, quia ematur utras, ut per famulos postea vinum vendatur; lane, ut per operarios conficiat pannos ad vendendum. Demum, ut reliquos mitam, Ferdinandus de Castro-Palao (Tract. 16. de Stat. Religios. disp. 4. punct. 13. §. 3. n.) Negotio estiam improprie

te est conductio, qua Clerici & religiosi interdicitur. Sed non qualibet conductio hac prohibitionem continet. Nam si conducas agros, ut per te usque colas ad sui sustentationem, non peccas. Illa conductio est prohibita, que supponit emptorem esse sine conditionis factam, que si emerit praedia, vel animalia ad conducendum, vel est conductio speciem venditionem subsequendam, ut si conducatur agros colendos, non tui in sustentationem, sed ad vendendos fructus, & inde lucrum comparandum. Quocirca inferi Molina cum Lafore, esse Ecclesiasticis & Religiosis interdictionem uti sine, ut vinum per conductum ministris vendant. Item est si lanam emas, ut pannos artificis conductis confectos vendas. Constat Guttier lib. 7. tract. 923. n. 42.

§. 21. Rationes autem, quae alicuius auctoritatis superaddi queunt, sunt istae. Prima. Verissime iuxta varios Juris textus observavit Gonzalez (n. 14. Com.) ad cap. 3. Cogensentes, tit. 4. de Confl. lib. 2. Decret. Quod sine in quolibet actu mens agentis primum locus obtinet: ita legislatorum mens in legibus sui constitutionibus est inspicienda. Unde scire leges non est verba eorum tenere, sed vim & mentem: mens enim legislatoris est anima legis, & lex essentialiter in suo esse pendet ab intentione legislatoris. Unde dicitur in legem peccare, qui verba legis amplectitur, contra legis nititur voluntatem.

§. 22. Secunda ratio. Si quo titulo emptiones, ac venditiones istiusmodi liceant Clericis aut Monachis, non ob aliud sane, nisi quia ob mercium mutationem videntur esse purum purumque artificium, pontificio iure Ecclesiasticis permixtum, immo & commendatum. At nisi allicuius turpissimum, nihil minus in illdem deprehenditur, quam honestum artificium Ecclesiasticum, ac vercor velle, ne si verbis utendum sit SS. D. N. Clementis XIII. (Epist. Jan. cit.) subint potius subdole artes, cavillationes, excutiones nihil apud Deum profuturae. Sed Codicem ipsum, ad quem adeo fidenter provocatur, inspiciamus. Sacri Canonis artificium Clericis indulgent suadentque, quod aliter dici folet officium manuum propriarum, seu labor manualis (§. 11. & 12.) illiusque fieri solummodo causa necessitate sustentationis exemplo Apostolorum, ac veterum Patrum & Monachorum: ut patet legenti integram dist. 19. apud Gratian. (part. 1. Decr.) Clericis vitium, & vitiosum sibi artificium, vel agricultura, & absque officii sui duntaxat detrimentis, patet, cap. 3. necnon Tit. 10. Ne Cler. vel Mon. (lib. 2. Decr.) Non tamen ipsum negotium, scilicet artificium & labor manualis, ut exponit ibidem Fagnan. (n. 3.) continent. Clericis est interdictionem propter necessitates diversas, quia legitimus Sanctus Apostolus negotiatus esse (hoc est, labore operante manibus suis, ut legitur 2. ad Cor. 4.) In regula S. Benedicti precipitur providere, per quorum manus negotium monasterii transat, cap. 1. Quod si interdum Ecclesiasticis functionibus facultas preloera Clericis conceditur iuxta praefandi, quae a solo ipsorum manu labor minime pendet (§. 14.) tunc ea vel non indulgetur, nisi praeside ob gravem necessitatem, quia ob necessariam sustentationem propriae personae ac familiae; quia scilicet iuxta vetus prolixum multa necessitas facit licita, quae alibi illicita fuerunt (§. 17.) vel ideo indulgetur, quod revera nec rationem, nec speciem habent turpis negotiorum per Canones vetitae, utpote completentia me-

ram venditionem illarum rerum, quae vel fructus sunt, vel quasi fructus reputantur propriorum agrorum. Hinc supradd. Piribing. scribit (n. 4. & 5.) iuxta communem DD. sensum: A negotiationibus improprie dictis, quae tamen per episcopum censenda sunt etiam esse prohibita, excipi debet, si Clericus proca emans, eaque in suis praediis nutriant, & postea vendant: vel si factus, lac, lanam vel animalium vendant: id enim licitum est. Vel si cerrosiam ex laeode, aut vitico propriorum agrorum conficiant, vel ex propriis vineis annuum exprimant, & postea cerrosiam vel vinum cum lucro vendant. Haec enim sunt Clerici, & Religiosi licita, cum sint fructus, vel quasi fructus propriorum fundorum, quatenus non decant, ut in ipso Monasterio, vel domo propria forum frumentarium, vel tabernam erigant. De quo videtur abusu cautiones in propriis scribis erigendi supplicat. Roncaglia (reg. 1.) erit legendus. Jam vero quod inquit nostro a Clericis vel Monachis fieri effingitur, est profus longe aliud seu ab officio, seu ab artificium haecum descripto. Nam iuxta eundem casum, 1. Non suorum praediorum fructus distrahunt, sed alienorum agrorum uvas, olivas, lanas coemunt, vendunt, 2. Non per se, ut per suos domesticos, sed per ministros, & famulos eum in finem conducti, quae scilicet thesaurizent sibi thesauros in terra, possunt commodus & lautius vivere. Palam igitur est, talium Ecclesiasticorum indelictum non esse, nec vocari posse artificium honestum a Sacris Canonibus permixtum; sed magis negotiationem inhonestam ab illdem graviter interdicitam. Sane qui possunt Canones negotia huiusmodi permittere, cum Gelasius I. R. P. (dist. 88. c. 2. Consequens) edixerit: Clerici ab indignis quibuslibet abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint possi, nec a Clericibus officis abstinere cogantur.

§. 24. Tertia ratio. Semel ac Clerici, aut Monachi merces alienas sibi comparant eo animo, ut eas deinde a conductis ministris transmutatas vendendo lucrentur, hique non semel aut obiter, sed frequenter & professa opera; eoque quasi nebit, ipsos secularibus negotiis cunctis intendere, lucris temporariis inhiare, animam a celestibus avocare, quae speciem mali habent peragere, ac multiplicis flagitii, terrens negotiationes plerumque contentantis pericula subire? Ergo rationes universae, & ob quas teste Angelico (§. 6.) negotiationem Clero prohibendam duxit Ecclesia, huc quoque mercationis generi suo modo obstant; proinde ipsum Clericis, & Monachis plane indignum, & spectata Ecclesiae mente graviter vetitum esse, oportet concludere. Rationi isti vis major accedit, si mox dicta conferantur cum iis, quae in sequenti alia Nota ex Benedict. XIV. rectitibus agentes de negotiatione, quam Clerici per alios exercent.

§. 25. Quarta ratio. Haec cum ita se habeant, latendum equidem, Ecclesiasticos, qui sic caelum terrens miscent, & mare celo, illi calumnie nequaquam subjacere, quam olim cuncto Christianorum generi Gentiles imponebant, ipsos ad terrena negotia ineptos compellendo, teste Tertull. (lib. de Praescripto

alio quoque injuriam titulo postularum, & in fructibus in negotiis dicitur. Addendum tamen pariter est, vix posse venire, ut iidem penes Ecclesiam immunes exsistant a reatu gravis scandali, utique suo non arment lioguas oblocutionem ad injuriam sui Clericalis, seu Monastici Ordinis: tum quia tali agenda ratione produnt se Sacrorum Canonum, & Pontificiarum Sanctionum vel ignarus, vel contemptores: tum quia in eo ipso indecenti negotio utantur multiplici opera secularium hominum quibus praelucere magis debent mundanorum quibus despectio, & cessatum amorem: tum quia forsitan haud levitia damna interdum inferunt mercatoribus, industriosius, conductores vestigialium, & aliis terrarum Republicae ministris operariis, qui cum existimant mercium negotiatione publice incumbant, debent idcirco magna oratione sustinere. Neque excusatio legitima potest perire ex vulgatis illis Jurisprutorum caecis: Nemo damnus facit, nisi quod inquit, quod facere vis non habet. (leg. Nemo damnus, si. de reg. jur.) Non est ad injuriam referendum, quod quisque iure suo sibi consulat. (leg. Injuriam. §. 1. si. de injur. & cap. Eccles. 3. de elect.) Nam si emptiones & venditiones jam descriptae, minime Ecclesiasticis decant, & ideo per episcopum comparantur inter negotiationes Ecclesiasticis prohibitas, uti (§. 22. & seq.) ad oculum demonstratum est; quales, quosvis, qui illarum exercendarum iactare possunt Clerici ac Monachi?

§. 26. En jam universa accurate, ac simul sine quajupiam vel palpo, vel offensione exposta, quae ad extricandam sanctus difficultatem initio hujusce Dissertationis indicatam mihi fuerunt; quaeque, ut spero, majorem veteri speciem obtulissent penes illos saltem studiosos Clericos, qui dum haec nostra percurrunt animo a praesudicis vacuo, curam sibi affinent atente perlegendi quicquid de hac speciatim negotiorum materia reperitur consuevit in Ecclesiasticis monumentis tum Gratiani Decreti, cum Decretalium Pontificiarum, tum novissimum Constitutionum, & Litterarum Apostolicarum praesertim Bened. XIV. & Clem. XIII. His enim omnibus informata mens, & quae solida nituntur auctoritate, sidentius tuebuntur, & quae ratioculio mere humanis adstruunt, facit dissipabit. Interim praestat disputationem claudere gravissimis verbis celeberrimi Petri Blesensis, quibus negotiorum Clericorum sui temporis (Epist. 17.) acriter perstringit.

§. 27. Si tue professionis ordinem, & gratiam divinae vocationis attenderes, te potius lectione quam negotiatione, artibus quam mercibus occupares. Periculosum siquidem est in laico, sed periculosius in Clerico negotiationibus augere pecuniam, aique rerum ambitiosa venalitate seipsum diabolo venale mponere. Clericus, qui leviter comparat pretio, ut vendat carius; filius est avaritiae, idololatra pecuniae, servus mammonae, & venditarius sub peccato... Congregabis divitias, & in novissimis non gaudebis; & eveniet tibi, quod Dominus per Jeremiam figuratiter dicit: Perdix fovit, quae non peperit; scilicet divitias; & non in iudicio; in medio iterum delinquens eum: & non in novissimis suis reperitur sapiens... Porro negotiorum crimen attendas, & ad excusandas excusationes in peccatis propostis laboris, & providentiae fructum esse, quod plus recipis, qui rem, dam vilis vendebatur, emissi Di-

Dicitur omnino non esse absurdum, si laborem in quaesum, si in lucrum periculum conversisti. Quidquid proponas, unum denotio tibi, quia negotiationem in tunc salutis periculum conversisti. Negotiatorem Clericum Sacri Canonis excommunicat. Hac, & alia Archidiaconus Anglicanus.

Quamvis Negotiatio fit per se licita, (nam per se licet lucrum vix sit intendere, & comparare ad finem honestum.) tamen Clerici ac Religiosi graviter prohibita est, c. 15. de vita & honeste. ex Concilio gener. Later. IV. Et Clem. I. eod. tit. & c. 6. Ne Clerici vel Monachi, ubi Alexander III. ait: Secundum instituta predecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ut Monachi, vel Clerici causa lucri negotentur. Tum quia valde indecorum est Clericos, & Religiosos lucris terrenis, quae continentur debent, incumbere: tum quia negotiatio exponit periculo peccati, nempe iniustitiae, fraudum &c. & nimis animum secularibus curis implicat, & a spiritualibus evertit. Item a Conc. Chalced. can. 3. eis prohibetur conductio praediorum alienorum, ut eorum fructibus lucrentur. Possunt tamen proprios agros colere, ut fructus vendant, & praegres in suis praediis alere, ut exortu, & lacte pecuniam conficiant, aut ipsa animalia saginata vendant. Eis quoque licet, res, quas

(1) Praesens quaestio incidens perspicuitatis gratia sic exponi potest... Utrum fas sit Clericis, & Religiosis negotiationem lucrativam proprie dictam exercere per alios, quando residuam pecuniam habent ex suis redditibus & bonis: ita scilicet ut tradita consanguineis, cognatis, amicis, aliusve Laicis pecunia, hi vel ipsorum loco solummodo negotentur, vel habilita societate totam operam & industriam impendant, perceptum subinde lucrum cum ipsis partituri... Proferri possunt innumeri propeculum Auctores etiam magni nominis, qui nullam culpam saltem lethalem agnoverunt in Clericis, aut Monachis ita per alios negotantibus: cum quia jure Canonico videtur istum esse prohibendum solum negotari per se ipso: tam quia, cum negotio solum per alios facta non dirahat animum, cessat etiam ratio prohibentis. Ita Tabiena, Valentia, Robertus, Aragonia, Salas, Barbosa, Medina, Reynaudus, Lessia, Sylvius, Gonzalez, Molina, Wagnand, Lysmanus, Pirhingius, Roncaglia, Saffner, Mignonevicius, Card. de Luca, & Alotivius olim Secretarius Sac. Cong. Concilii. Non deservit tamen seu ex Theologis seu ex Canonistis, qui adversus tantam septim nubem tuerentur contrarium. Unde idem Pirhingius (p. 1. n. 3. ad tit. 50. lib. 3. Decr.) subdit: Alii absolute negant, Clericos per alios negotari posse; quia prohibitum est ipsis, ne lucri causa negotentur; quod habet locum five per se, five per alios negotentur. Quod enim quis facit per alium, perinde est, ac si faciat per seipsum, vgg. 17. in 6. Pariter Henus (Tract. de Jus. & Jur. disp. 7. g. 2. concl. 3.) Resol. 1. peccare Clericos, & Monachos, qui dant pecuniam ad societatem, ut inde lucrum cum aliis sociis reportent. Quamquidem omnes ad contractum societatis concurrentes dicuntur negotari, five pecuniam ministrent, five operam, five industriam, five aliud. Et

ad suos usus emerunt, non ut vendant, postea data occasione carius vendere; nam hoc non est negotiatio. At non videtur licere negotari (1) per alios, qui totam praesentem industriam, ut pecuniam in societate mercatorum deponere, nisi id fiat ex necessitate, & ex contentu Papae expresso vel tacito. Tum quia hoc illorum statum indecorum est, & in illis avaritiam habet; tum quia ista fert consuetudo vim legis redolens; nam reprehenderetur qui hoc facerent.

¶ Vide Conflit. qui incipit *Apostolica servitutis*, in qua S. M. Bened. XIV. non solum confirmat penas in Clericos negotatores a Sacri Canonibus, & ab aliis Summis Pontificibus stabilitas, sed illas quoque ad illos expressit extendit, qui illicite sub alieno nomine negotiantur, perinde ac si per seipso, ac proprio eorum nomine, negotia illa exercerent. Atque decernit, Primo: ut omnia & singula bona ac ab eis alieno nomine illicite acquisita sub inevitabili poenae subiciantur.

Secundo: Ut negotia a Laicis inchoata, & ad Clericos delata, statim dimittantur, nec nisi necessitate urgente continuari possint; de licentia itaem Congreg. Concilii, aut etiam Ordinarii extra Italiam; idque ad tempus dumtaxat, ac per interpositam Laici personam.

Ter-

quidem in hac Urbe, teste Bened. XIV. (lib. 10. de Syn. c. 6. n. 4.) praedictam opinionem, quam Cardinalis de Luca, & Alotivius sectati fuerant, iterum postea in trutinam positam, validissimis argumentis refutavit Fatiellus Romane Curiae Praefatus, & Cardinalis Acciajuolus in quodam suo suffragio. Et similiter Romane Rotae Auditorium, eadem rejecta, contrariam sententiam est amplectum. *Pergit autem*; Nec verum est, Clericos, per interpositam personam cambialis, alieni sui generis negotiationi vacantes, a curis liberari, quibus negotatores implicentur. Scimus quippe, experientia edocente, eos continue anxios & sollicitos esse de luero, quod ex data alteri pecunia fit reportatur, plenosque timores, ne a socio desiciantur. At nunc extra omnem dubitationis aleam jam posita res est, post editam ab eodem Pontifice Summo Constitutionem, Apostolicam servitutis committimus, cuius summam habet hic, & vestigio expressam in Textu. Expropter in praesent. Oper. (n. 5.) ita concludit: Sed supervacaneum est pluribus de hac quaestione differere, quam Nos, statim ac ad supremum Ecclesiae Pontificatum evehit sumus, definitivum; necessarium quippe reputantes novae legis sereno cohibere infatigabili Clericorum cupiditate divitiis accumulandi, nostris Apostolicis Litteris, datis die 25. Febr. 1741. Constit. 13. declaravimus, & ediximus, nullam negotiationem alias Clericis prohibitam posse ab eisdem sub alieni nominis velamine exerceri; quae etiam per alios operam dantes obnoxios fecimus penes, quae a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis statuta sunt contra Clericos negotatores. Quocirca cum controversia Apostolicae Sedis iudicio circumspiciam sit, tuto poterunt Episcopi id ipsum in suis Synodis iterum decernere, & clericos, per interpositam personam cambialis adhibere contrahere praesentem, ad Sacrorum Canonum normam punire.

Tertio: Ut exempti a spolio ad effectum telandii aut transmittendi, non intelligantur exempti quoad bona per interdicitum negotiationem acquisita.

5 Sanctissimi Domini Nostri

CLEMENTIS XIII. EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos super Obvencantia Canoniarum Sanctionum adversus Clericos negotatores, & Saecularibus negotiis se immiscuisse editarum.

Cum primam incomprehensibili Pastoris aeterni iudicio in B. Petri Cathedra constituti, Domini Gregis curam suscipimus, complures audivimus Ecclesiastico zelo ferventes Viros, praesertim Animarum Pastores, & verbi Dei praecones, qui Civitates, atque Provincias praegrant penitentiam Populis, & morum emendationem adhaerentes, quorum unanimo consensu fuit, inter abusus, & corruptelas, quas pro Ministerii sui officio notarunt, & pro viribus reformae studuerunt, reprehendendam sibi frequenter occurrisse quorundam Ecclesiasticorum avaritiam, habentique cupiditatem. Quae quoniam maiorum omnium radii a Spiritu Sancto appellatur, nil mirum, si eos omnes, quorum semel animos imbut, ut in atrociora crimina non abripiat, saltem in Dei cultu, propinque vocationis muneribus obediens foveas reddat, & ad saecularia desideria conversos, mundanis addicat curis, & occupationibus, quibus abrenunciare se publice edixerunt, quum inter sacrae initiationis mysteria, solum Deum haereditarius sui partem agnoscere professi sunt. Hinc etiam litigiosi necessario sunt, atque omnia miscere parati, ne vile aliquod lucri, sive speratum, sive jam partem amittant. Hinc se ad abjecta qualibet officia, & ministeria, in gradus, & Ordinis sui dedecus, demittere non erubescunt. Quo fit, ut Laicorum plerique non eos ipsos dumtaxat, qui talia agunt, sed sepe etiam universum Ecclesiasticorum coetum contemnant: quia & amaro, avertoque animo sint erga illud hominum genus, quorum lites, & contentiones, ob temporalia negotia, sustinere coacti sunt, vel a quibus praeserta sibi viderant honesta media, per quae suae, laetorumque sustentationi consilere possunt.

Horum relationibus, quas satis superque veritati innexas excutimus, quibusque nonnullis etiam designari censuimus Regulares Viros, qui aliquando haec impoita sibi sollicitudine de temporalibus Communitatum suarum emolumentis, ultra Ecclesiasticae moderationis fines ferri se sinunt, excitari nos quidem intelleximus, ut Apostolica, quae immerentes sumur, auctoritate, huiusmodi corruptelam, unde Fidelis Populus scandalum, alique noxi consequuntur effectus, & medio tollere satageremus.

Verum quum ab ipsis Ecclesiae incunabulis usque ad haec nostra tempora, nihil apertius, nihil distitius, aut Conciliorum Decretis, aut Praedecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus statutum legatur, nihil a Sanctis Patribus, Ecclesiarumque Pastribus frequentius, aut impensis inculcatum appareat, quam, ut Ecclesiae Ministri, tum Clerici, tum Monachi, a temporalium lucrorum cupiditate abstinere, & a saecularium negotiorum sollicitudinibus acere se debeant; Cumque non solum spirituales censurae, sed etiam gravissima temporalis poenae in eos decreta fuerint, qui Canonicae Regulas hac in re infringere, aut violare praesumpserint; omnibus mature perpensis, nihil nobis reliquum esse indicavimus, nisi ut vos Venerabiles Fratres, de constanti, obsequio voluntate nostra, praedecessorum nostrorum mentis, Ecclesiae spiritui per omnia inhaerentes, commonefaciatis, Paternis, Fraternali hortationibus excitaveris, ut debitam Sacrarum legum observationem ab omnibus Ecclesiasticis, tum Ordinarie vestrae, tum Delegatae vobis Jurisdictioni subiectis, ad formam Sacrorum Canonum, & Decretorum Apostolicae Sedis, ac respective synodalia unanimesque Dixeritis statutorum, exigere studeatis, ac res ipsa obtinere curetis.

Ut igitur clarius intoretur perpetuum nostrum, & Apostolicae Sedis studium pro religiose praedictarum legum custodia, simulque vis omnium adimatur contrario culibet usui, stylo, aut consuetudini (quae corruptelae potius, & abusus, servata legitima vocabulorum proprietate, appellari debent) quibus Ecclesiasticis quatenusque criminosis suam in negotiis, censuram consenserunt, nos, omnes & singulas canonicas leges, & Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum constitutiones, adversus clericos negotatores, & saecularibus negotiis sese immittentes, praesertim a Pio IV. Urb. VIII. & Clem. IV. latae auctoritate, usque ad novissimum, quum S. M. Decretis Nostris Benedictus Papa XIV. sub Dat. Kal. Martii 1741. Pontificatus sui anno 1. evulgatis, cum omnibus item, & singulis penes, atque censuris per eos respective iudicis, prout ac de Decreta omnia in praemissis contenta, coram penales sanctiones, praesentibus nostris Litteris de verbo ad verbum inserta forent, per eadem praesentes approbamus, confirmamus, & innovamus, decernentes, ac declarantes, praedictis omnibus legibus, ac penis subiectis, ac subiectis censuris debere omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, non solum ob Saeculari clero, sed etiam e Regulari, cuiuscumque sint Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, amplissimis licet, & singularibus Indulgentiis, Privilegiis, & Exemptionibus munitis, & cujus etiam expressam, & individuatam mentionem fieri oporteat: ita ut quatenus adversus huiusmodi leges deliquerint, statuta in ipsis poenas incurrant, ac respective ab his, ad quos pertinet, iuxta casuum distinctionem & procedendi methodum alias Tridentina Synodo, seu ab Apostolica Sede praescriptam, cum effectu multari, & puniri debeant; non obstanto contrario quolibet usui, seu stylo, aut consuetudine, etiam immemorabili, quae aliquo in loco, Dixerit, aut Religione involuntate dici possit: quum quidem nos, veluti damabilius abusu, & impericripibilem corruptelam, eorumdem praesentium tenore, damnamus, proscriptimus, viribus omnibus vacuamus.

Deinde vos omnes, Venerabiles Fratres, hortamur, & in Domino obvenimus, ut pro Ecclesiasticae Discipline integritate & animarum salute adhaerentibus, in Clericorum omnium, Vobis tam Ordinario, quam Delegato iure subdectorum, agendi rationem sedulo inquiratis, ac, si quos forte huiusmodi avaritiae lae infectos, adversus Canones, & Apostolicas constitutiones peccatoe commiseritis: in eos, ad

formam eorumdem Canonum, & constitutionum, cum omni severitate, etiam ex officio, procedere non omittatis.

In quo sane duo vobis magnopere cavenda erunt: Primum videlicet, ne subdolis delinquentum artibus diligentiam vestram eludi patiamini. Sepe enim contingit, ut qui legem scita non ignorant, res suas ita fraudulenter componant, ut quatenus crimen in iudicium adducatur, tueri possint, se nihil contra leges ipsas admisisse. Modo enim, interposita alterius, sibi, suaeque cupiditati intervensit, persona aut alieno nomine tabulis, & rationum libris inscripto, negotiationem, aut conductionem, de qua quaeritur, ad se nequaquam pertinere contendere: Modo scientes intra quos fines districtior legum censura coarceatur, ita se gerere studeant, ut si de lucrosis quibusdam a Superiore arguantur, defendere possint, non se turpi cupiditati adductos ad lucrum captandum primario animum intendisse, sed prodivo consilio de damno vitando unice laborantes, inperatum momentum fortuito temporis beneficio adeptos fuisse. Aliquando etiam non sua, sed fororum, aut sanguinis, aut alio necessitudinis vinculo sibi coniungiorum, bona, negotiationibus implicata, ad eorum sustentationem, ex caritatis officio, & directionis titulo, procurare se praedicant.

Quamvis autem, propria etiam experientia in Episcopalis officii munere obundis, satis edocti sumus, quam difficile sit iudicium ferre de peculiaribus quibusdam casibus, in quibus potiorum sibi partem vindicare bona, vel mala fides illius, qui de illi negotio accutur; non ideo tamen censere debetis, diligentiam vestram omni effectu vacuum fore, ubi saltem Ecclesiasticis intelligant, vos minime conniventes esse super huius gravissimi Ecclesiasticae Disciplinae capitis violatione. Magnum enim fructum capietis ex eo ipso, quod vestram, Ecclesiaeque mentem ab obscurioribus etiam eorum pravationibus abhorrentem saepius testatam facietis, sisdemque, oblata opportunitate, graviter denunciabit, haud irrideri Deum, qui hominum renes, & corda sentiat, nihilque apud Supremum illius Tribunal profuturas aliquando cavillationes, quibus nunc Ecclesiae Praesulem decipere, indictaque legibus potius declinare satagunt. Ceterum non omnino impossibile erit latentem rei veritatem plerumque agnoscere, occultatum crimen revincere, si debita cura etque solertia expandatur hominum mores, qui ex universo eorum vitae tenore se produunt, renuque, & casuum adiuncta, quae alias excusationes probabilibus admittentes, rejiciendae fuerant. Nihil exemplis illustrare facile possemus, nisi de Praerogativatum vestrarum sapientia, & rerum usu, quantum par est, in Domino confideremus.

Alterum vero quod saepe revera cavere debetis illud est, ne prava Canonice legum interpretationes, quibus earum rigor enervatur, aut indulgentia praeter sa extenditur, praeter mentem, & spiritum Ecclesiae, & privatis opinionibus adhaerentis, & sine legitimi Superioris assensu ad proprii cuiusque casus opportunitatem accommodatas, quod vos illo modo valere sinatis, nisi Clericorum Secularium, aut Regularium negotiationem, vobis iudicibus, ad trutinam revocari contingat. Si enim quaestio sit de ipsa natura contractus, qui aliqua in Diocesi ab Ecclesiasticis iniiri solet, an scilicet ipsis licitus, vel po-

tius interdicius censeri debeat; haud aequum erit pro iudicandi norma accipere, vel frequentiam ipsorum actuum, de quorum natura quaeritur, vel ipsam contrahentium opinionem; sed ad tollenda dubia, reprimendamque opinionum licentiam, & audaciam, expeditissima erit via recurrendi ad haec Apostolicam Sedem; quae sicuti alias complures huius generis quaestiones, per organum praesertim Congregationis S. R. E. Cardinalium Consilii Tridentini Institutionis S. R. E. Cardinalium quid de propterpretum definit, etiam in posterum quid de propositis casibus sentiendum sit, decernere non omittet: idoneis editis responsis, ex quibus agendi, iudicandique regula deduci valeat.

Quo in genere, quem acceperimus praesertim nostram, & Apostolicam Sedis declarationem desideratam, si an clericis liceat cambium adivum contrahere? quamvis non aliam ferre rem dubitationi minus subiectam putemus, nihilominus, ad omnem causam illam occasione amputandam, praesentium Litterarum tenore declaramus, ac definitum, cambium adivum, natura sua, esse adivum verum & propriae negotiationis; ideoque Ecclesiasticis omnibus vetitum censeri debere, tam proprio nomine, quam per interpositam personam illud contrahere; quicumque vero e seculari, vel Regulari clero cambium adivum contraxerit, omnibus obnoxium fieri penis, atque censuris, quae in clericis negotiatoris constituta noscuntur.

Si autem Ecclesiasticorum quispiam, ad se executandum, quod Secularibus negotiis se immiscet, necessitatem proferat indigentiae, non quidem suae (quandoquidem unicusque clericus Canonice Ordinationis Titulus vel saltem congruum sufficiens patrimonium esse debet, quo se sustentet, ilique forsitan deficientibus, debet ipse honestioribus artibus, suaeque professioni conformibus, propriis necessitatibus consulere) sed aut Parentum, aut Sororum, aliarumque Personarum, quibus ex naturalis officii debito opem ferre teneatur: primum volumus, atque decernimus, huiusmodi excusationem a Superiore Ecclesiastico nequaquam admitti, eidemque clerico minime suffragari posse, quominus ad canonicae legis praescriptum pro modo culpe puniatur, nisi doceat se ita praestatas necessitates Apostolicae Sedis, si in Italia, & insulas adiacentes excitat: si vero in remotioribus Regionibus versetur, saltem Ordinarii loci exposuisse, earumque intuitu, opportunitatem dispensationem, & facultatem praedictas personas industria sua juvandi, vel ab eadem Apostolica Sede, vel respective ab Ordinario impetrasse.

Deinde, pro eo quod pertinet ad huius Curiae nostrae Officia, notum facimus, notam mentem, & voluntatem esse, huiusmodi dispensationes, & facultates nunquam concedantur, nisi cum ea conditione, quatenus adductae causae veritati nitantur, & nisi simul constet praedictas indigentias nulla alia ratione levari posse, eoque etiam cum summoque Ecclesiasticae permittatur eiusmodi negotiationis genus assumere, cuius administratio clericalem statum, & characterem dedecet; quinimmo in ipsis Indulgentiarum Rescriptis, & Litteris, indicentur, ac praescribantur honestiores modi, quibus clericus, iusta moderatione servata, & intra veram indigentiae mensuram pauperibus confanguineis opera praestare valeat. Quae omnia similiter Ordinarii, ad quos pertinet, in huiusmodi dispensationibus, & facultatibus conser-

dis observare debeant: Hoc insuper advertentes, ne ea, quae vel ab ipso, vel ab Apostolica Sede, peculiaribus quibusdam clericis hoc in genere aliquando permittitur, & iustis concurrentibus causis, frequentius forsitan indulta dispensatione, (ex gr. ut Ecclesiarum fundos, certa annua pensione conventa, colendis, exercebantque conducerent) eadem a reliquis Ecclesiasticis, tamquam generaliter omnibus concessa, abique iusta causa, sine speciali Indulto usurpentur.

Ceterum facultates ipsas, etiam ut supra dictum est obteatas, semper quoad tempus revocationis obnoxias censeri decernimus, ita ut pro invitis, & revocatis ipso iure habeantur, quoties allegatae conjunctionum indigentiae cessaverint, vel alia legitima se offerat ratio ipsidem oportune prospiciendi. Super quorum omnium tum executione, tum observantia, Ordinarium localem vigilantiam, atque conscientiam onerari volumus, & re ipsa oneratum fore denunciamus.

Verum non uni dumtaxat negotiationi tribuenda est, quae nunc temporis cernitur Ecclesiasticae dignitatis depresso. Sunt alii quidam abusus, quibus Ecclesiastici Viri spiritum decorem, totiusque ceteris, & ordinis existimationem eo frequentius, atque securius abscicere dignoscuntur, quod eos volunt non tam aperte adversari Litterarum Sacrorum Canonum, & Constitutionum ab Apostolica Sede editarum; proindeque se censuris, & penis ibidem statutis nequaquam subficiendis fore confident. Plurimi enim, ut ex praedictorum relatione cognovimus, in ipsa honorum suorum administratione, eorumque cultura, in distractione fructuum, animalium, & ceterorum, quae in propriis Ecclesiae fundis nascuntur, seu aluntur, necnon in comparandis rebus, quae, vel ad proprios usus, vel ad fundos praedictos instruendos sunt necessariae, adeo indecoris adibus se ipsos exercere conspiciuntur, adeo se totos curis, & sollicitudinibus huius Saeculi deditos, ac temporalibus lucris inhiantes ostendunt, ut qui sacrae dignitatis praesentia supra humane conditionis sortem evecti merito reputantur, infra ipsos abjectissimi status homines sese demittant, & qui sibi lucis esse debent, facili filios terrene aviditatis anxietate, superare videantur. Hos aiebant omnibus Nundinis, atque mercatibus, laicali propomodum apparatu, ac specie se filtere, nec quicquam minus, quam clericalis moderationis, atque modestiae vel Ecclesiasticae decoris, & gravitatis speciem praeferre.

Quibus non quidem palam edicimus, nihil per nos interdicium sit, quod ipsis, pro reata, & provida Ecclesiasticae patrimonii administratione, quoad ipsam actus naturam, permittitur dignoscitur, vel etiam a Sanctis Patribus, & Ecclesiasticorum legum conditoris eorum diligentia commendandum. Verum sicut alia complura sunt, quae clericis, quoad rei substantiam, non prohibentur, & tamen eorum usus, sub certis dumtaxat modo, & forma, ipsidem permittitur; ita autem, qui praescriptum modum exserferit, statutaque Ecclesiasticae Disciplinae formam violaverit, tum temporales praese, tum etiam spiritalium censuram, a Sacris Canonibus insignuntur, cuius rei innumera extant exempla in generalibus Canonici Juris legibus, ac etiam in peculiaribus Diocesanis statutis, & plura de vita, & honestate, de habitu, & tonsura Clericorum, sive observanda,

sive vitanda, praescribitur. Ita vos, Venerabiles Fratres, oportet, Ecclesiasticorum omnium, qui in Diocessibus vestris versantur, agendi rationem circa praemia circumspicientes, si quid vobis confidit frequentius ab his admitti quod clericorum statum dedecet, non solum eos idoneis instructionibus docere, ut collatae sibi dignitatis custodiam cogitent, non sibi licere patere indecoris adibus eam deturpare, debitamque Ecclesiastico ordini existimationem, & reverentiam, quae etiam spiritualibus Populorum uti utilibus plurimum prodest, ex laicorum animi absteris: utque memores se in sortem Domini vocatos esse, non tam, quae sua sunt, quam quae Jesu Christi, quaerant, & curent: Sed praeterea, quatenus opus esse noveritis, opportunis Decretis conditis, ac severioribus Edictis praepositis, ejusmodi clericorum turpitudini, & cupiditati obviam ire; ac delinquentium culpas, habita minoris, majorisque scandali ratione, tunc quidem increpando arguere, nunc demum districtio penarum, a: etiam censurarum gladio, ad ceterorum exemplum, & coercere, & punire.

Et parum quidem, vel etiam majorem Pastoralis velli vestri sollicitudinem, atque constantiam requirit aliud corruptelae genus, quod plures Ecclesiasticos viros incitare, & ab Ecclesiae servitibus abductos, ad saeculi curas convertere faciamus. Sunt enim, qui industrium, operamque suam, quam totum Divino cultui, & proximorum utilitatibus, ex caritatis lege, impendere debent, laicorum obsequiis, abjectique servitibus addicere, aliquando etiam eorum negotiis administrandis, curandisque, pro temporali, eoque satis vili mercede, locare non reculant. In quo difficile est iudicare, an magis delectata sit eorum caecitas, qui proprii gradus dignitatem ipsi proculant, an potius reprehendenda sit laicorum presumptio, qui Sanctuarii Ministros, a quibus Christianae vitae documenta, aeternaque salutis subsidia petere debent, tam parvipendunt, ut eos in domesticis officiis sibi dicto audientes, servilibus ministeriis adhibere non vereantur.

Verum quod altius animum nostrum sollicitat, illud est, ne forte huiusmodi malum ex alio non minus detestabili abusu proficiat: quod nempe aliquibus ad Clericalem statum temere aspirantibus quandoque contingat, fallacibus corruptisque documentis Ordinarium suum decipere, conficitoque sibi patrimonio, cuius fructus aut nulli sint, aut ad ipsos non vere pertingant, ad Sacros Ordines, abique relictis ad honestam vitae sustentationem sufficientibus, promoveri. Quare ne quis vestrum miretur, Venerabiles Fratres, si hac occasione arrepta, vos omnes, & singulos enixe hortamus, atque monemus, ut cautores hae in re, occasioneque vos praebatis, ne cui subditorum vestrorum detur ad Sacram Ordinationem obrepere, qui ex Beneficio Ecclesiastico, vel Ecclesiastica pensione, aut ex Patrimonio sibi constituto, in casibus a iure permittis, omni submotra collusione, ac fraude, eam re ipsa non percipiat annui redditus summam, quae Synodibus curioque Decretis statutis, aut legitima consuetudine definita dispocitur.

Clericos autem, & Sacerdotes, in Laicorum Domibus ejusmodi Ministeriis addictos, quae eorum gradum, & professionem dedecet, quae eos a

Divinis obsequiis, & propriae perfectionis cultura, ad illiberalium occupationum, & secularium negotiorum agitationem traducunt, quantumvis honoribus in specie titulis succipere servitii genus aliquando obtere adiantur, ne patiamini quietos in suo dedecore infordescere, aut forte obfirmatos de sed ab Ecclesiae callis defectione impune gloriamini, sed omni Pastoralis sollicitudinis studio, & quatenus opus fit, tota ordinaria, ac Delegata Jurisdictionis auctoritate, servatis servandis, eorum ad Ecclesiasticae vite instituta, & ad clericalis militiae munera revocare.

Hac sunt, Venerabiles Fratres, quae pro Apostolice ministerii nostri officio, ad Ecclesiastici ordinis honestatem, dignitatemque tuendam, & vindicandam, sollicitudini vestrae suggerenda, & vindicandam, ac multum partes primas esse oportet, utpote qui subditorum vestrorum facta, eorumque adjuncta, regionum necessitates, & personarum mores, si quidem apud prudentes, & probos viros honesti, aut indecori speciem habent, in singulis locis praefatos constituti, & melius agnoscere, & securius estimare poterit. Ut autem liberum vobis sit in hoc rerum genere inordinata quoque corrigere, & reformare, quodcumque dispensationes, aut facultatis Indultum circa praemissa a quolibet Romanae Curiae officio haecenus concessum, prudenti arbitrio vestro moderandum permitimus, nullum vero in posterum concedi volumus, nisi auditis prius Fraternalium Vestrarum

relacionibus, & votis; adhibitisque eidem Indulto eisdemmodi formulis & conditionibus, per quas integrum vobis relinquatur arbitrium de illius executione, & effectu ita cognoscendi, ut nemini Ecclesiastico liceat, illius praetextu, negotium ullum, aut ministerium minus honestum, contra interdictum vestrum assumere, aut suscipere retinere, & protrahere. Interim in Pastoralis zelo vestro acquiescentem, Fraternalibus Vestris Apostolicam benedictionem ex animo impertimur.

Daum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die 17. Sept. 1759. Pontificatus Nostri Anno II. 5

5. Cohabitatio cum femina, de qua suspicio esse potest. ex Conc. Nic. I. can. 3. ibi: *Vetus omnia magna Synodus, ne liceat Episcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in clero, intractabilem habere mulierem, praeterquam utique matrem, vel forem, vel amitam, vel eas solas personas, quae omnem suspicionem effugiunt, c. 1. & 9. de cohabit. & ex Conc. Gener. Later. I. cap. 3. ob periculum proprium, & scandalum aliorum. (1)*

6. Ludus alearum, aut chartarum, taxillorum ex c. 1. dist. 35. ex c. 11. de excessib. praet. ex variis Conciliis, praesertim ex Conc. Gener. Later. IV. cap. Clerici; de vita & honest. ibi: *Clerici... ad aleas & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint. Quare Delugo ait: Propter hos Canones obligationem aliquam peculiariter in Clericis agnoscimus Doctores communiter (1). Ratio est, quia talis*

(1) Bened. XIV. triplici in loco (Instit. Eccl. 82. & 83. Lib. 11. de Syn. cap. 4. n. 5. & seq.) ex professo disertis de Sacerdotum, maxime Parochorum, ac mulierum contubernio, considerata tum veteri, tum recentiori Ecclesiastica disciplina. Quod spectat extraneam concelebrationem quorundam promiscue Clericorum cum eodem sequore sexa, attendenda S. Ambrosius Mediolanensem suam Clericorum se instruat (lib. 4. Offic. 2. 20.) Viduarum, ac virginum domos, nisi visitandi gratia, juniores adire non est opus: & hoc cum senioribus, hoc est, vel cum Episcopo, vel si gravior est causa, cum Presbyteris. Quid necesse est, ut demus secularibus obstrictandi locum? Quid opus est, ut, ille quoque visitationes crebre accipiant auctoritatem? Quid si aliqua illarum turbe laborat? Cur alieni lapsus subeas invidiam? Quam nullum etiam fortes illecebra decepti? Quam non deserunt errori locum, & dederunt suspicioni? Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectissimi impendas? Cur non Christum revivas, Christum alioquaris, Christum audias? Illum aliquid, cura oramus: illum audimus, cum Divina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Una est domus, quae omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi non obsequium hominibus deferendum recipimus. Consulatur etiam duplex Seraphici Doctoris textus a nobis (in Nota 2. ad n. 4. Resp. 2. ad g. 8. c. 2. Tract. de Peccat. & in Nota 1. ad g. 15. art. 4. c. 7. Jusd. Tract.) jam productus.

(2) Considerato solo naturali iure quilibet pro-

talis ludus eorum statui indecorus est, & multis talis ac peccatis obnoxius. Unde mortaliter peccant, qui sepe tali ludu indulunt cum iactura notabili temporis, vel etiam semel cum scandalo, vel magna pecunie summa. Religiosus vero ludus aleae & chartarum adhuc strictius vitus est: nam Religiosus, inquit Molina, longe magis indecorus est, & scandalosus alius, quam Clericus secularibus est, & scandalosus alius, magis ipse indecorus, & scandalosus alius, quae arduam vitam profectur, & magis in ea religiose regulari disciplina viget. Quare Bolembaus docet, Religiosos, apud posse disciplina regulari vitet, a gravi peccato vix posse excusari si ludant chartis vel aleis. Ex Delugo, disp. 3. sect. 2. n. 11. haec ait: *Periculosus est hominem nostrae Societatis videri charis semel ludemem, iudicatum eum peccati mortalis reum. Quod est etiam de Pauperibus Capucinis, Carmelitibus Disjunctis, & similibus dico. (1)*

7. Secularia negotia, ex 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo implicari se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Et ex multis Conciliis, & ex toto tit. Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotiis se immisceant. (2)* Hinc non possunt exercere officium Advocati coram Iudice seculari,

nisi in propria causa, qui Ecclesiae, aut miserabilium personarum, quae non causas administrare nequeunt, c. 1. de postu. Item nec officium Procuratoris, Tabellionis, Notarii in placitis secularibus, & alia negotia, quae multum distrahunt & implicant: nam per illa rebus spiritualibus, & probris eorum officii nimium abstrahuntur. In Galpilia tamen ex consuetudine recepta, & ob bonum Ecclesiae licite funguntur officio Consiliiari, & Iudicis in causis civilibus.

8. Chirurgiae exercitium, quo aduuto vel iaculo inferunt, prohibetur Clericis fidei ordine initiatis: item sententiam sanguinis dictare aut proferre, sanguinis vindictam exercere, aut ubi exercetur, interesse; & quidquam dictare aut scribere ad hanc finem, c. 9. Ne Clerici, vel Monachi, ex Concil. Gener. Later. IV. Ex Communis sententia tamen licet Clericis medicinam secundum artis regulas exercere ex caritate sine ullo periculo & scandalo, modo ipsi incisionem vel unionem non inferant. (3)

9. Popinarum ingressus, nisi necessitatis causa in itinere, ex multis canonibus, dist. 33. & ex Conc. Gener. Later. IV. c. 16. Ibi: *Taberna, proventus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Et ex multis Conciliis provincialibus. (4)*

10. Omnis luxus, can. 7. & 8. dist. 98. & ex Conc.

doque apud eundem (ar. 2.) advertit Tullius, non ita generatos a natura nos esse, ut ad ludum & jocum facti esse videamur; sed ad severitatem potius, & ad quaedam studia graviora atque maiora. Reponit fortasse aliqui, Ecclesiasticos Canones ludos Clericis, Monachisque veteres jam abrogatos contrario usui, sicut civiles Imperatorum leges interdicens Laticis ludos alearum, & taxillorum iudicium in desuetudinem abiisse, iudice Subitii Doctore (in 4. Sent. disp. 15. q. 2. ar. 3.) Ista lex de aleatoribus leg. ult. non ligat nisi illos, qui vivendo politice subint legi Imperiali; qui forte nulli sunt hodie, qui ubi praecipue illa lex locum habere consuevit, Municipalia praedictant Imperialibus, ut patet in Italia. At quousqueque est, qui nesciat, veterum Canonum insaurationem olim ab Innoc. III. in Conc. Lateran. v. factam (lib. 3. Decr. tit. 5. cap. 15.) fuisse deinceps firmatam, tum gravissimo Tridentinae Synodi decreto (Sess. 22. de Reform. c. 1.) tum innumeris pene statutis recentiorum Conciliorum, seu Provincialium seu Diocesanorum, ab hanc usque diem deveniendo? Ex quo utique fit, praesentiam contrariam consuetudinem nullatenus censeri posse legitime praescriptam, adeoque iuxta communia principia in Tract. de Leg. explanata amandandam ad perniciosas corruptelas, qualescumque demum egerit radices, & quoscumque advocatos potior.

(1) Discrimen, quod Auctor conatus est huic usque statueri inter Religionem a, & Religionem b, &c. non adeo substantiale, ac stricte theologicum videtur. Nam licet particulares Religionem, praesertim militantis Ecclesiae Divinae Providentia definita, & invicem differant, secundum diversitatem operum sui exercitorum; atque omnes conveniant in tribus essentialibus votis, & in supremo fine, qui est caritas; aliunde vero iuxta Apostolum (2)

ad Tim. 2. in quavis magna domo non solum sunt vasa aurea & argentea; sed etiam lignea & fictilia. (1) Ecclesiasticis, codice Juris Canonici forsan contrariis, sed erit habere oculis subjectum integrum, c. 1. Tullius ab Auctore indicati, ut hinc intelligant, quidnam negotiorum secularium votibus praecipuum ipsi prohibeatur: est porro hujusmodi. Multa sunt negotia secularia, de quibus paucis perstringamus, ad quae pertinet omnis canonica concupiscentia. Quidquid plus iusto appetit homo, turpe iudicium est. Munera iuxta accipere, vel etiam dare pro aliquo seculari quatuor: pretio aliquem conducere: contentiones, vel litas, vel rixas amare: in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum, & viduarum: conductores secularium rerum, aut procuratores esse: turpis verbi, vel facti esse iudicatorem, vel jocum secularem diligere: aleas amare: ornamentum inconveniens proposito suo querere: in deliciis vivere velite: gulam & ebrietatem sequi: pondera iniusta, vel mensuras habere negotium iniustum exercere: (nec tamen iustum negotium est contradicendum propter necessitates diversitas; quae legimus Sanctos Apostolos negotios fuisse, & in regula B. Benedicti praecipitur providere, per quorum manus negotia Monasterii procurarentur) canes, & aves sequi ad venandum: & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce alia, & his similia Minutius altaris Domini, nec non & Monachis omnino contradicendum, de quibus ait Apostolus, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

(1) Bened. XIV. (lib. 13. de Syn. cap. 10. n. 1. & 14.) fuisse explanat, quando, & quomodo pacto fit per Clericis, & Monachos exercere artem Medicinam & Chirurgiae, quae ceteroquin est ipsi vetita communis iure Pontificio.

(2) Bened. XIV. (Instit. Eccl. 27. init.) pravam con-

Conc. Niceno II. c. 26. Seculi voluptates & speculata, can. 3. dist. 23. Conestationes & chriantes, c. 14. de vita & honeste. ex Concil. Later. IV. Choro. (1) Concil. Trid. sess. 24. c. 12.

Porro Conc. Trid. sess. 22. c. 1. hac omnia innotat & confirmat. Nam ibi dicitur, ut qua alia a Sanctis Presbiteribus, & a sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, conestationibus, choreis, alci, lusu, ac quibusvisque criminibus, nec non facularibus negotiis fugiendis capiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum in eisdem penis vel maioribus arbitrio Ordinarum imponantur, observentur. Lige tot.

¶ Bened. XIV. lib. 11. de Synod. Dices. cap. 5. ait, 2. Come suppositivis, seu parvulis utam plures Synodos Diocesanas Clericis interdixit approbare Sac. Congr. Con. adjecta contumacibus poena. 3. Nefas olim fuisse Clericis iis uti; immo eomis nutrites etiam invitos tondere potuisse. 4. Majorem presertim vanitatem comam scilicet; quomobrem pluribus de causis Clerico summopere dederet. 4. Possit Episcopus has interdiceret, nisi causa prius ipsi cognita aliter fuisset. 5. Ita permittebant, ut modesta sit, & prius ab Episcopo spectata. 6. Non posse Episcopos facultatem facere Sacerdotibus celebrandi Missam cum coma fictitia, cum id solus Romanus Pontifex, cujus lege prohibetur, concedere valeat. Et c. 3. docet, comedias, choreas, speculata, & similia Clericis non licere; ac si comedias sint inhonesta, nec Laicis interese licet. ¶

Nota. Eadem omnia prohibita sunt Religiosis non solum Clericis, sed etiam Laicis: quia nomine Clericorum comprehenduntur Religiosi, quando prohibito spectat decentiam status, ut notat Suarez. Quæst. II. Quænam specialiter Clericis præcipiantur?

Resp. Tenentur 1. Clerici presertim sacro ordine initiati vel beneficiati, habere coronam vel tonsuram congruentem, c. 25. de vita & honeste. ex Conc. Gener. Later. IV. & c. 4. eod. tit. si quis ex Clericis comam relaxaverit, anathema sit. Item gestare habitum clericalem, & suo ordini congruentem, can. 22. dist. 23. Clem. 2. de vita & honeste. & ex Conc. Trid. sess. 24. c. 9. & Const. 31. Sixti V. ubi gravi poena præcipit, ut omnes illi Clerici iugiter desistant consuram & habitum clericalem, vestes scilicet talares. Et vero eos, qui a mundo separati se divino ministerio dedicantur, laicalem vitam exteriori habitu profiteri debent. Hinc peccat mortaliter, qui notabili tempore non gestat tonsuram vel habitum clericalem, saltem qui discernatur a laicis, cum id præcipitur sub gravibus penis, & res sit gravis pertinet ad decentiam status, & bonam ac decus Ecclesie. Ita Novarrus, Sanchez, & alii. Nec excusat consuetudo, cum sit irrationabilis, & corruptela. Unde S. Carolus in Synod. II. Eccles. Mediol. inter alios casus hunc, sibi reservat: Qui quovis beneficia obtinentes habitum clericalem non induant. Permittit tamen Clericis iter facientibus, ut vestitu contractione utantur. Decentem tamen illum, inquit, &que huiusmodi esse oportet, quo eos esse ecclesiasticis ordinis homi-

consuetudinem ebrietas improbit illorum Concionatorum, quibus Quadragesimali tempore ad tabernas divertere, sicutque subsistere permittuntur equi scilicet in Fure Canonice hoc omnibus Ecclesiasticis, nisi iteris causa, interdicitur; can. 4. dist. 40. Clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediuntur, nisi peregrinationis necessitate compelli. Quare S. Caroli Borromei decretum approbat, ac recipit: In proprio Monasterio, qui Regularis est, habitus: aut in ædibus Parochialis Collegiæ Ecclesie, ubi concionatur; aut saltem in aliis Ecclesiasticis domiciliis, si illo modo potest, ac distinctis omnino a laicali habitatione. Ceterum, ut Concionatores aliunde cogantur molestias sustinere ob liberalem inobspitalitatem illorum Ministrorum in quorum Ecclesiis verbum Dei annuntiant, & quorum loco laborant desudantque; præscripti idem Pontifex summe providit, ut statim ac ad Ecclesiam sibi constitutam pervenient, qua par est humanitate, ad officio, ab ipsis Parochis excipiantur; atque aliis subinde subditis, pro locorum consuetudine aut lege, minime destituantur. Quisquis porro hac occasione pernoscere cupit seriem eorum, que Divini verbi præconibus vel agenda, vel fugienda sunt, dum tam sublimi vacanti ministerio, intergat legere etc. Inq. Eccl. ad finem usque, que cetero plane digna est.

(1) De choreis, larvis, comedias, aliisque profanis spectaculis, legendus Bened. XIV. (lib. 11. de Syn. cap. 10. n. 11. 12. item Inq. Eccl. 37. & 76.) qui verissime observat, in hisce rebusc

trarie consuetudinis excusationem prorsus inane esse, & contumacem prorsus, ac corruptelam nuncupandam. Enimvero consuetudo negotii humani iure derogare, nisi sit simul & legitime præscripta, & rationabilis. (N. 140.) Ubi autem constanter a Jure Canonico reprobata videntur, rationabilis, seu honesta consuetudo non resp. 1. quæst. 5. cap. 9. Trid. de Legib. nullatenus potest. Peter quis non inter negotia secularia habitus declarata computandum sit etiam officium Executarii Testamentarii?

Resp. Fagnanus (Nov. Com. in cap. 29. Joannis, tit. 29. de Test. l. 3. Decr.) iuxta Hostiensis, aliorumque opinionem fat probata consuetudine uxam, Clericos tum Seculares tum Regulares posse deputari executores ultimarum voluntatum etiam ad non causas pias, dummodo per hoc non retrahantur a Divinis Officiis, atque loquendo de Regularibus, id fiat de licentia suarum Prælatorum petita, & obtenta. Excipit tam Regularis Ordinis Min. S. Francisci, quibus munus illud a Clem. V. in Conc. Vien. (lib. 5. Clementis. tit. 11. de verbo. sign. cap. 1. Excoi. §. Verum etiam cunctis ordinis frat. & c.) expresse prohibetur. Vid. Gonzalez (Num. 10. Con. in c. 3. Nos quidem, th. cit.) qui etiam ostendit, prædictæ opinionis non obesse decretum Synodale Africarum PP. ac præsertim D. Cypriani (lib. 1. epist. 9.) de Clericis in testamento non nominandis tutoribus, ac curatoribus.

homines agnoscit facile possit. Cum vero eo venerint quo pervenire contendunt, talitatem togam indicant. (1)

Porro Religiosis prohibetur sub excommunicatione ipso facto contracta, Pape reservata, ne habitum sui ordinis temere, hoc est, sine iusta causa dimittant, c. 2. Ne Clerici, vel Monachi, in c. 2. mittant, c. 2. Tenentur Clerici ordine insigniti servare castitatem perpetuam, nisi ministerii annexi ordini sacro, ita ut illi per voluntarium ordinis suspensionem ipso facto tacite professentur ac voveant castitatem. Constat ex variis iuribus, ex Conc. Gener. Later. I. can. 21. libi. Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & Monachis, concubinas habere, seu matrimonium contrahere, genus interdicendum, vestes scilicet talares. Et vero eos, qui a mundo separati se divino ministerio dedicantur, debere redigi, iuxta sacrorum canonum designationem iudicamus. Ex Conc. Gener. Later. II. c. 7. libi. Nullas Missas eorum audiat, quos uxores vel concubinas habere cogoverit. Ut autem lex continentie, & Deo placens munditia in Ecclesiasticis personis & sacris ordinibus dilatetur; statimus quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, & Monachi atque Conversi pro-

fecti, qui sanctum transgredientes propositum, uxores ipsi copulare præsumpsissent, sequantur. Huiusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam regulam contracta est contrarium, matrimonium non esse censetur. Qui etiam ab invicem separati protantur excoibis condignam penitentiam agant. Et ex Conc. Trid. sess. 24. c. 5. Hec lex castitatis & continentie omnibus Episcopis, Sacerdotibus & Diaconis ab ipsis Apostolis auctoritate Ecclesiastica constituta fuit, ut docet Conc. Carthagen. II. can. 1. Et vero Patres veteres non solum Latini, sed etiam Greci, hac obligationem commemorant, cuius quidem initium cum ignoretur, ab ipsis Apostolis funderum est. Postea eadem lex ad Subdiaconos extenta fuit jam a primis Ecclesiasticis saculis, nam Conc. Eliberitanum an. 350, habitum, can. 32. Subdiaconos hac continentie lege comprehendit. Hoc etiam constat ex sensu ac praxi Ecclesiæ. (2)

Item tenentur quotidie recitare Breviarium ex variis iuribus, & presertim ex universalis Ecclesie consuetudine vim legis habente; ut conitat ex contextu Doctorum, qui se habent in hac re multitudine testium omni exceptione majorum.

3. Clerici ratiore sui status & juramenti, obedientiam (3) specialiter debent Episcopo in his, que

(1) De habitu Clericorum, & cum in publico prædant privata sua negotia expectantur, fere cum ad Ecclesiam accedunt sacris operantur, Bened. XIV. (Inq. Eccl. 34. & 71. item lib. 11. de Syn. cap. 8.) verba fecerunt; qui posteriori loco ab impia nimia severitate calumniam vindictæ Synodales Constitutiones illorum Episcoporum, qui Clericis obligationes imponunt deserendi vestem talarem.

(2) Ex Fagnanus (Nov. Com. in cap. 2. Si quis, tit. 2. de For. Compet. lib. 2. Decr.) quam quare regularis habitus sit ita ad usus officium Monachorum, ut cum semper & ubique retinere debeant, ac temere illum dimittentes subjiciantur statuta a Bonif. VIII. censura (c. 2. ut periculosa, tit. 24. lib. 3.) nihilominus Religiosus, qui iocosa levitate ad horam dimittit habitum, in excommunicationem non incidit, nec tamquam Apostata amittit privilegium ordinis secundum Petrum de Palude, cuius sententiam dicit rationabilem Sylvester, ver. Excommunicatio n. 5. subdens non ceteri Religiosum dimittit habitum, si illum dimittat non dolose, & cum assumptione alterius ad utendum cosed ad horam voluptuose, nullo alio assumpto, vel assumpto, quidem; sed ad solatium ex levitate iocosa.

(3) Qui sacris Ordinibus initiatur, continentiam iugiter servare tenentur, non ob solum legem Ecclesiasticam, ut videntur nonnulli sentire, verum etiam ob votum solenne, quod Ecclesia sanctum voluit suspensioni Sacri Ordinis. Ita expressit Bened. XIV. (lib. 23. de Syn. c. 11. n. 21.) Castitatis votum Sacri Ordinis adnotum solenne est, & habetur iuxta Decretalem in cap. unic. de Voto in c. 2. ubi hæc sunt verba; illud soluta votum debere dici solenne, quod sollemniter fuerit per suspensionem Sacri Ordinis, aut per professionem expressam vel tacitam, factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbata. Hoc ipsum prædic-

docere præcipi Scholaram Magistri, S. T. Thomas (2. 2. q. 88. ar. 7.) Scotus (in 4. Sent. dist. 38. q. unic.) S. Bonaventura (in 4. Sent. dist. 37. ar. 2. q. 1.) Ordo apud Latinos, inquit, ex Ecclesiastica constitutione habet inseparabiliter continentiam annexam; & ideo, qui illum suscipit, spontanea se obligat: ita quod illa obligatio procedit ex statuto patitur, & ex voto.

(4) Quæstiones varias, scitu iucundas multique, tum ad historiam Clericis castitatis, tum ad equitatem Ecclesiasticæ Statuti perperam a Luchio, terisique Novatoribus impetiti, perinentes legere poterit apud Honoratum Tournely (Prælect. de Sac. Ord. q. ult.) Renatum Drouven (de re Sacram. lib. 8. p. 2. sect. 3. Append.) aliosque eruditos huius ævi Scriptores. Vid. etiam Bened. XIV. Constitutionem, Eo quamvis (S. 34. & seq.) datum sub die 4. Maji an. 1745. D. Bonaventura eandem legem de perpetua Sacrorum Ministrorum continentia discrete olim explicavit, ac strenue vindicavit (in 5. Sent. dist. 37. ar. 2. q. 1. & 2.) adversus Grecos, quibus eruditissimis, atque ad præsertim operam in Oecum. Concil. Lagidensis II. Est autem animadversione dignum iudicium S. Doctoris de hisdem Grecis. Quia non sciendicium in mobile statutum (quod fieri se Latini libenter receperunt) ut vasa sua ferventem manda, ablatum est ab ipsis regnum, & intelligentia Scripturarum, & datum est generi facienti fructus usque.

(5) Vid. Bened. XIV. l. 13. de Syn. c. 1. n. 2. & seq. loquentem de dominato Episcoporum in Presbyteros. Huius obedientie Clericis radicem prodit Scotus, dum sollemnem votum continentie Sacro Ordini adiunctum admittit (in 4. Sent. dist. 38. q. un.) si prædictum Ordinem suscipere quis in seculis, adhuc esset sollemne votum: quia scilicet in